



**Scripta quaedam Papae et monarcharum, de concilio
Tridentino, ad cognoscendam ueritatem admodum lectu utilia,
nunc primum in publicum edita.**

<https://hdl.handle.net/1874/430206>

Scripta quædam

PAPAE ET MONARCHA-
rum, de concilio Tridentino, ad co-
gnoscendam ueritatem admodum
lectu utilia, nunc primùm in
publicum edita.

CVM PRAEFATIONE MA-
thiae Flacij Illyrici.

Hinc uerò abunde cognosces Lector, quantum
inter sit ecclesie Dei, publicè extare ac sciri Pa-
pistarum pessimas artes, quibus impia Conci-
liabula sua pro Christianis ac liberis obtrudere
conantur: simulq; belli còtra Electorem Saxo-
niæ & Magdeburgenses superioribus
annis gesti causas deprehendes.

BASILEAE.

30

...

...

...

...

...

PRÆFATIO
MATHIÆ FLACII IL-
lyrici.



HÆC scripta publico nomine, & de publicis Ecclesie negocijs conscripta, & iam etiam plus satis euulgata, propter tres grauissimas causas potissimum imprimi typis uolui, quas iam ordine breuiter recensebo.

Prima est, quo omnes nostræ doctrinæ homines, qui se belli contra Electorē Saxonicum piæ memoriæ, & cōtra Magdeburgēses, participes fecerūt, suum horribile persecutionis scelus agnoscant, pœnitentiam agant, & iram Dei pœnasq; deprecantur. Nam hæc scripta perspicue affirmant, id bellum religionis causa contra nostras Ecclesias susceptum fuisse.

4

Quibus profectio in tali re modis omnibus credendum est, quandoquidem eorum authores & sciuerunt eius belli causas, utpote qui fuerint præcipui eius architecti: & cur iam in hoc mentirentur, causam non habuerunt.

Ego sanè, qui etiam hominum societati, & præsertim domesticis fidei prodesse ex animo cupiam, meliorem rationem effugiendi ueteram iram Dei ac pœnas, quam hanc, cum D. Ioanne Baptista nec noui, nec monstrare possum. Arundines quouis uento agitatae, & ij qui molibus induuntur, multas norunt & monstrant, & quidem huic nostrae ex diametro contrarias. Eos, quibus hæc nostra displicet, suo periculo audiant: nosq; ac nostram uiam, ut solent, fugiant ac execrentur.

Secunda causa est, ut praxi ac ueluti experientia ipsa demonstrem nostris homini-

5
minibus, quàm parum tutum sit non
tã personis, quàm causa ipsi, talia Anti-
christi omni fraude plenissima conciliabu-
la, uel laqueos potius, adire: quippe ubi ne
ipsi quidem summi orbis terrarum Mo-
narchæ ius suum non dico obtinere, sed
ne proponere ac tueri quidem satis aper-
tè contra Papam ausint, aut possint.

Fuit enim omnibus rerum uel medio-
criter peritis notissimum, cœtum Triden-
tinum sub initiũ 47 anni Domini, sum-
ma Papæ fraude in maximum præiudi-
cium ac damnum Imperatoris, totiusq;
Imperij, Bononiam, Põtificis ciuitatem,
translatum. Solent enim tandem papi-
stica conciliabula multas res politicas,
easq; graues tractare. Nec tamen aut Im-
perator, aut Imperium, aut Germanici
Episcopi, uel tantum queri, accusare aut
obycere Papæ eam iniuriam sunt ausi.

4 3 quod

quod & frustra id fecissent: & non satis
manifeste, ut in tantis rebus requiritur,
probare potuissent. Quare missitates in-
iuriam, ac tantum osculantes beatissimos
illos pedes, supplicauerunt, concilium de-
nuò Tridentū reuocari. Verum id quo-
que adeò frustra, ut cū risu ac ludibrio di-
missi esse uideantur.

Eodem modo & postea anno 51, Rex
Gallia, alieno malo cautior factus, Triden-
tinoq̄ conciliabulo minimè credens, con-
tra id est protestatus. Iam cogitent nostri
homines, si tanti monarchæ, sui papæ cō-
ciliabulis parum credunt, aut si credunt,
miris nocentissimisq̄ fraudibus ac præsti-
gys ita circumueniuntur, irretiuntur, &
illaqueantur, ut non dicam obtinere suū
ius, uel difficulter saltem, non possint, imò
ne queri quidem, aut authores illata sibi
iniuriæ propalàm accusare ausint: quàm
simus

simus nos miseri pastorculi, ac in primis ipsa Christi causa ibi tuta futura, aut ullos aequos iudices inuentura.

Accidet nobis profecto, sicut ipsi Domino in praetorio Pontificis, ut cum risu ac ludibrio cedamur in facie: nec tamen quis nos cedat, satis animaduertamus: multo minus aut queri, aut etiam cum aliquo fructu queri possimus.

Editus est iam pluribus linguis libellus, qui exponit, quam indignis modis tractati ac uexati sint legati *Uirtēbergen-*ses ac *Argent. Tridenti* anno 1551. frustra etiam ipsis *Cesareis* legatis, uiris longe clarissimis, eorum causam agentibus. At inde ratiocinari debemus, si id in metu ac periculo imminentis belli, paruoque tempore ausi sunt illi sancti patres agere: quid non fecissent, si quieti ac tranquilli biennium aut triennium, illud concilium celebrassent?

8
brassent? Quare nihil nostris hominibus
consultius erit, quàm ut, sicut Papæ par-
tialia concilia semel publico scripto recu-
sarunt, ac contra ea sunt protestati, ita in
ea recusatione ac potestatioue perseueret.
Sed de hac re R. D. Vergerius edidit an-
no 54 libellum, plura scripta lectu digna
continentem.

Ultima causa est, ut, quoniam An-
tichristus, quamprimum alicubi aliquè
suorum adulatorum mancipiorumq; ma-
nipulum aut cœtum in perniciem uerita-
tis cœlestis congregauit, mox clamat esse
concilium uniuersale, liberũ, Christianũ,
in spiritu sancto legitime congregatum,
in Germania, ab omnibusq; cum summa
ueneratione accipiendum, &c. Nos con-
tra hisce tanta authoritatis scriptis, &
ipsa experientia ostendamus, proxima pa-
pistarum conciliabula nec Christiana, nec
libera,

libera, nec uniuersalia, nec in spiritu san-
cto legitime congregata, nec in Germa-
nia fuisse. Nam non fuisse in Germania,
prima Episcoporum epistola diserte testa-
tur. Non fuisse libera, aut Christiana, aut à
Spiritu S. recta, tū ipsa experientia, tū Cæsa-
ris Galliq; protestationes abunde indicāt.

Pius Secundus scribit in quadam epi-
stola ad canonicos Moguntinos, contra
Dieterum eorum episcopum, sibi iura-
mento ita obstrictos esse Episcopos, ut etiā
si uera cōtra Papā dicāt, tamen cōtra suū
iuramentū faciāt. Eodem modo etiā in co-
mitijs Noriberg. anno 23, cū omnes Im-
perij status unanimiter conclusissent, &
legato Papæ indicaſsent, celebrandum
esse in Germania liberū Christianumq;
concilium, & Episcopis iuramenta rela-
xanda, quo liberè sententiam suā de om-
nibus rebus dicere possint, si præsentes re-

a 5 ligionis

ligionis dissensiones recte iudicari debe-
 rent. Ibi respondit indignabundus legatus,
 id uerò nihil aliud esse, quàm Papæ ma-
 nus ligare. Unde facile diuinare potes,
 quid Papæ, eiusq; adulatoribus sit liberū
 concilium: nempe, ubi nemini ne uerum
 quidem contra eum dicere liceat: ipse ue-
 rò ita solutas habeat manus, ut possit in
 omnes quicquid illi modo collibeat. Vi-
 derint igitur illi, qui quasi neutrales ui-
 deri uolunt, concilyq; Christiani defini-
 tionem expectant, nec prius manifestam
 ueritatem amplecti uolūt: quàm pulchrè
 aut Deo obediant, aut suæ æternæ saluti
 consulant. Taceo iam illud, quod uel mi-
 nimè tacendum fuisse, quòd ipsimet ad-
 uersarij in hisce scriptis fatentur, se eodē
 tempore & concilium instituisse, & tri-
 ste bellum cōtra nos mouisse. Quid enim
 alienius non dico à Christiana pietate, sed
 tantum

tantum ab humana ratione, excogitari
potuisset?

Hæ sunt causæ, cur prælo scripta hæc
comittenda esse putauerim: graues sanè
ad eò, ut nemo id meum factum in peiore
partem accipere, si modo candidè iudica-
re uelit, possit. Nam calumniatores non
curo, nec pericula nimium defugio: modo
pij homines eos hinc fructus percipiant,
quos quidem debent ac possunt accipere
non uulgares. Sunt enim hæc omnia scri-
pta nihil fermè aliud, quàm commenta-
ria quædam ac luculenta declaratio eius
prophetica R. P. D. MARTINI LV-
THERI, piæ memoriæ, picturæ, qua o-
stendit, Tridentinū conciliū nihil aliud
quàm foetidū stercus Papæ fore: & tamē
id ipsum stultos quosdā, uel impios potius
homines, maximo cum desiderio ac uene-
ratione arrepturos & deuoratuos.

Dominus

12

Dominus I E S U S, qui uerbo suo An-
tichristum mundo patefecit, aperiat etiã
oculos mentis nostræ, ut eum cernere, co-
gnoscere, ac toto pectore unã cū omnibus
suis conciliabulis abominationibusq̃, id
est, fœtidissimis stercoreibus de-
uitare possimus.

Amen.

EPISTOLA ECCLE-
SIASTICORVM IMPERII

Statuum, ad sanctissimum patrem Paulum III.

ex conuentu Augustano, anno

47. scripta.

Post debita beatorum pedum
oscula.

BEatissime in Christo Pater, ac
Domine clementissime, quātis
malis atq; incommodis per multos
iam annos ex nouorum dogmatum
importunitate uexetur Germanica
natio, quantisq; agitata dissidijs, cō-
cussa tandem, afflictaq; penē ad ex-
trema deducta sit, multis modis co-
gnouit S. V. & ni cognouisset, uocē
tamen gemitumq; laborantium Ec-
clesiarum in eadem natione, & con-
uulsos ordinū Imperij nexus, ad ex-
tremum & fremitum fragoremq; ar-
morum in ultimā inter se cladem im-
minentium, etiam trans alpium iur-
ga exaudire potuisset. Nec dubium
est, quin his tantis malis paratū sem-
per

14

per prouisumq; fuerit auxilium, si
modò adhiberi maturè, gliscentiq;
morbo in tempore occurrì potuisset.
Qua quidem in re beatissime pater,
cū nos pro officio ac fide nostra erga
rēpublicā Ecclesiasticā, proq; ob-
seruantia ea quam debemus, ac libè-
ter deferimus sedi Apostolicæ, mul-
tis conuentibus actis, illud semper
iudicauerimus, non posse tantorum
malorum causam terminari, nec re-
stingui incendium, nisi uniuersalis
concilij iudicio, ac auctoritate: sum-
mo consensu ac studio non semel e-
gimus apud Cæsaream maiestatem,
quam pro se propensam tamen, no-
straq; studia anteuertentem semper
offendimus, ut pro Imperiali autho-
ritate & nomine instaret apud S. V.
de indicēdo celebrandoq;, in aliquo
opportuno loco Germaniæ, concil-
lio: non equidem ad rationem uici-
nitatis, priuatamq; conditionem no-
stram, sed ut obiri is conuētus ac fre-
quentari possit ab ijs, quorum ma-
ximè

ximè interesset: qui cum præter epi-
 scopatus suos, tenerent etiam secu-
 larium ditiorū gubernacula, in hac
 temporum perturbatione, incertoq;
 rerum statu, longè abesse à domo,
 atq; emanere, sine publicæ pacis pe-
 riculo non possent. Et hac sedula, o-
 mnibusq; conuentibus repetita fla-
 gitatione, eò usq; profectum est, ut
 post irritam Mantuanæ ac Vinceti-
 næ synodi indictionem, longè satis,
 sed heu nimis longo interuallo, ac
 penè fessis Germaniæ rebus, indi-
 ctum sit Tridentinum conciliū: nec
 indictum modò, sed etiam inchoatū
 magno quidem uoto & expectatio-
 ne omnium: sed non, ut flagitatum
 erat, intra fines Germaniæ, resq; ipsa
 poscebat, sed in Tridentino oppido
 longè interiectis alpium montibus,
 ut uerius in Italiæ finibus quàm in-
 tra Germaniæ oram cōstitutum esse
 uideatur. Quæ sanè etiam causa fuit
 beatissime pater, quòd pauci admo-
 dum ex nostris, ac nulli penè, eam
 obire

no 11007
 11007
 11007
 11007
 11007
 11007
 11007
 11007
 11007
 11007

1 Nota,
 quòd episcopi
 affirmant, con-
 cilium Tri-
 dentinū nō

fuisse in obire synodum, ac ne nuncios qui,
 Germania. dem suos mittere potuerint: præser-
 Ergo nõ est tim ardente bello maximo, pericu-
 satisfactum losissimoq; in Germania, quod iam
 tot Imperia multo antè, ex iisdem malorum cau-
 lib. comitijs sis, de quibus hic querimur, impen-
 concluden- derat. Cuius tantus terror & trepi-
 tibus ut cõ- datio extitit, ut metu periculorum,
 ciliũ in Ger armorumq; discursu completa fue-
 mania cele rint omnia: nullum iter satis tutum,
 bretur. nullus aditus ad Tridentum patue-
 rit. Sed nunc uictis fractisq; incon-
 sultæ temeritatis uiribus, cum uirtu-
 te ac foelicitate Cæsareæ maiestatis,
 adeoq; euidentí clarissimoq; Dei be-
 neficio res eum in locũ adducta sit,
 ut respirare tandem, atq; meliora spe-
 rare liceat: cumq; omnes iam dudũ
 in spem certam erecti simus, pacem
 restitui posse Germaniæ, omniaq; ad
 pristinum ordinem & tranquillitatẽ
 facile redigi, si modò radix incum-
 bentium malorum, causaq; ipsa am-
 putata fuerit: Ecce in ipso portu,
 medioq; successu rerum bene geren-
 darum,

17
darum, uel transfertur, uel (ut alij
uolunt) diuiditur conciliū, ex cu-
ius progressionē & determinatio-
ne pendebant omnia, cuiusq; iudi-
cij serenitate tanquam gladio quo-
dā arceri excindiq; oportebat stir-
pem hanc, ex qua prouenerūt hec
mala omnia, inq; futurum tempus
(nisi prospiciatur) sine dubio sunt
prouentura. Non possumus, Bea-
tissime pater, non possumus non
dolere, aut satis conqueri, uicē pe-
riclitantis Germaniæ. Totos se-
ptem & uiginti annos conflicta-
tatur cum nouis perniciosissq; do-
gmatibus. Inualuere sectæ uariæ:
Episcoporum autoritas, uniuersa
penē disciplina Ecclesiæ abiecta ia-
cet. Heu quantum mali, quantam
iacturam animarum trahit hæc u-
na uasitas. Tum uerò ex eodem
fonte ueneni promanantibus late-
riuis: nulla uerò societas animo-
rum inter diuersæ religionis secta-
tores, nulla firma coniunctio, nul-

la fides iam pridem extitit: turbata est pulchra illa imperij compago, turbati que ordines, in quibus dignitas cum potentia, uires que cum autoritate, non ad priuatorum modò salutem, sed etiam ad totius Ecclesie præsidium semper coniuncta fuerunt: nec patet tamen adhuc exitus, frustrata expectatione, qua sola sustentabamur: si sedis Apostolicæ auxilium negatum fuerit, spes omnes, rationesque nostræ pariter conciderint.

Hæc cum ita sint, cumque maiora etiam (nisi mature provideatur) impendeant, supplicamus Sanctitati uestre, quantoque possumus studio & obseruatione obtestamur, ut redintegrato Tridentino concilio, inque pristinum locum & statum suum restituto, consulat salutem & tranquillitatem nationis Germanicæ: eademque demum opera efficiat, ut expulsis errorum tenebris, omni-
niq;

niq̄ dissidio procul ab ecclesiasti-
 ca doctrina atq̄ animis hominum
 profligato, reddat lux pristina Ec-
 clesijs in Germania: cuius splendo-
 re cum ueritas cultusq̄ religionis
 Catholicæ pristinum locum & di-
 gnitatē suam recuperauerint, tum
 fructus etiam cœlo dignus ampli-
 ore profectu, quàm multis iam an-
 nis factum est, cōsequatur. Hoc
 si fecerit S. V. nostrisq̄ precibus,
 quas non iustas modò, sed etiã ne-
 cessarias arbitrati sumus, locū de-
 derit, habebit nos paratos atq̄ ob-
 sequentes ad omnia quæ pro extir-
 pandis hæresibus, proq̄ pacificati-
 one non tantum Germanicæ nati-
 onis (quæ ut laborat præ cæteris,
 ita maiori etiam cura, præsentio-
 riq̄ medico opus habet) sed totius
 etiam Imperij, atq̄ adeo catholicæ
 Ecclesiæ trāquillitate suscepta fue-
 rint. Sin minus (quod diuina cle-
 mentia in hoc ancipiti periculo,
 soq̄ rerū statu auertat) quid age-
 mus,

mus, aut quò cōfugiemus, Beatissime pater? unde petemus auxiliū certissimis ruinis nostris? cuius deniq̃, nisi sedis Apostolicæ, quā contra procellas omnes seruator noster supra firmam petram constituit, præsidium implorabimus? undiq̃ urgent uenti, & ad extremam iam uentum est. Videat sancta paternitas uestra, ac pro fide summa, que sollicitudine sua erga rempub. Christianā reputet, si nihil profecerint preces nostræ, nihil pericula Germaniæ (quæ nec progredi longius, nec ampliorē dilationem ferre possunt) quis tandē exitus maiorū futurus sit? Adeoq̃ illud prouideat, ne cessante diutius in hoc opere sede Apostolica, alia sumantur consilia, alijsq̃ uis & ratio, us hæc causa tandem expediatur.

Hęc sunt Beatissime pater, quę nos hoc tempore, pro officij nostri ratione coegit summa rerum necessitas, ad S. V. perscribere: orantes,

tes, ut studium hoc sedulitatemq[ue]
nostrā boni consulat: Deūq[ue] opt.
max. precantes, ut eandē S. V. lon-
gissimo tempore ualentem & in-
columem conseruet. Ex conuentu
Augustano, 14 Septembris: anno
1547. Ex mandato ordinum Impe-
rij status Ecclesiastici in conuentu
Augustano, &c.

RESPONSIO SVMMI
Pontificis.

Venerabiles fratres, &c. Gra-
tissimę nobis uestre literę fu-
erunt, quas die 14 Septembris, Au-
gustę à uobis datas, ipsi paucis
postea diebus accepimus. Nam &
uestrā erga nos, atq[ue] hanc sanctam
sedem obseruantiam indicant: &
solicitudinem declarant, quę ob
excitatas iamdiu in uestra natione
hæreses, & dissidia à seditiosis ho-
minibus cōmota, uos afficit. Ac ue-
ster quidē erga nos & sanctā hanc
sedem animus iampridem ex reb[us]
ipsis cognitus nobis atque perspe-
ctus

ctus est: in primis quæ ex illa gravitate atque constantia, quam in uestris Ecclesijs in uera religione ac pietate continendis, providendoque, ne perniciosis illæ inficerentur hæresibus, magna cum uestra laude adhibuistis. Anxios uerò & sollicitos uos esse ob eas calamitates, quas cupidî rerum nouarum homines prauis doctrinis suis turbulētissimis, que consilijs isti florentissimæ antea nationi attulerunt, & ut illis remediū adhibeatur instare: nemo, qui eorum malorum magnitudinem secum ipse consideret, quæ in uestris commemorantur literis, mirari debet. Plurima enim sine dubio sunt, & longè grauissima: maximoque ob ea ipsi, et præcipuo quodam dolore ac sollicitudine affecti semper fuimus. Itaque cum hoc nostri pastoralis officij munus postulare (quod diuina uoluntate, non nostris ullis meritis sustinemus) hanc in animo curam perpetuò infixam

fixam habuimus, ut isti prouinciæ
 tam grauiter affectæ ac laboranti
 mederemur; & simul occurrere-
 mus, ne ad reliquas prouincias à
 Deo fidei nostræ custodięq; com-
 missas, eius mali labes & cõtagio
 manaret. Quod cum iudicaremus
 nullo nos assequi posse grauiori re-
 medio, sicut ipsi quoque intelli-
 tis, q̄ habendo generali œcume-
 nicoq; Concilio, ne urgentiũ ma-
 lorum medicinam diutius differ-
 remus, ab ipso nostri Pontificatus
 initio sponte ipsi nostra, urgente
 tunc nemine, illud indiximus, &
 ut celebraretur optauimus. Sed cū
 id in urbẽ primò Mantuanã, ut me-
 ministris, deinde Vincentinam fru-
 stra indixissemus, propter causas
 & uaria impedimenta, quæ uobis
 & reliquis omnibus nota sunt: in
 eadem tamen sententia semper &
 uoluntate permansimus. Itaq; ad
 extremum illi habẽdo urbem Tri-
 dentinam delegimus, in quo per-

spici optimē uoluntatis nostræ stu-
 dium, cupiditasq; eius sanāda pro-
 uincia potuit: cum urbem Germa-
 nici iuris, in ipsius Germaniæ finib.
 sitā, elegerimus: quò sine magno
 incommodo conuenire, & ibi sine
 ullius suspiciōe periculi de rebus
 ad religionem ac mores pertinen-
 tibus agere, statuereq; possitis. Cū
 aut priore indictiōe propter noua
 bellorū impedimēta, principūq; di-
 scordias, ne in urbe quidē Triden-
 tina quicq; profecissemus, neq; eò
 quisq; ferē præter legatos nostros
 accessisset, & ob eam causam illius
 celebrandi cōciliij tempus necessa-
 riò dilatum à nobis iterum fuisset,
 simulac arma posita, & pax inter
 principes cōstituta est, eodem rur-
 sus illud indiximus. Cūq; legatos
 nostros illuc misissemus, per lite-
 ras nostras omnes Episcopos &
 principes Christianos in eā ciuita-
 tē conuocauimus: mittēdisq; nun-
 cijs, ut ad conciliū conuenirēt, diu
 &

& uehementer institimus. In quo
 congregando, quod plus quam puta-
 uissemus temporis praeterierit, tan-
 tum abest ut nostra culpa aut negli-
 gentia id factum sit, ut id grauius e-
 tiam ac permolestum tulerimus. Sed
 cum ipsi, quantum in nobis esset,
 omni cura, studio & diligentia, ad
 illud celebrandum incumberemus,
 neque ullis sumptibus parceremus,
 cumque annus iam a posteriore in-
 dictione intercessisset, neque ullum
 adhuc in Germania bellum existe-
 ret, nemo tamen illuc omnino ue-
 strae nationis Episcoporum, ne ex
 his quidem qui propiores erant, ac-
 cessit: nemo praeter unum aut alte-
 rum, cum ipse accedere aut non pos-
 set, aut nollet, procuratorem quen-
 dam illuc mittere curauit: cum qui-
 dem sententiarum per procurato-
 res etiam dicendarum potestatem, ab-
 sentibus istius nationis episcopis,
 si qui propter finitimorum haereti-
 corum metum longius a suis Ec-
 clesijs

clesijs ac dominijs discedere non
 auderent, à nobis per literas ad le-
 gatos nostros missas factum esse
 constaret. At uerò illuc ex Italia
 & ex remotioribus prouincijs ma-
 gnus Episcoporum & Prælato-
 rum numerus confluxerat, mul-
 ta que interea sessiones habitæ
 fuerant. Quibus plurima decre-
 ta, quæ partim ad fidem ac religi-
 onem, partim ad mores ac disci-
 plinam pertinerent, diuini pri-
 mùm spiritus instinctu atq; auxi-
 lio, deinde illorum Episcoporum
 & prælatorum summa concordia
 & consensione facta sunt. Quibus
 quidem maxima impiorũ dogma-
 tum pars, quæ ab hæreticis huius
 temporis defenduntur, refutata
 atq; conuicta est. Hanc ob causam
 eius nos loci non modò non pœni-
 tebat, uerùm etiam iure ac meritò
 gaudebamus, tot & tam pia ac pre-
 clara decreta in sacrosancta illa Sy-
 nodo facta esse, & recitata. Quare
 intel.

intelligi ex his licet, curam semper excubuisse apud nos, istius sanandæ prouinciæ, & ab illis calamitatibus liberandæ. Nam quòd translatum postea ex illa urbe conciliū est, quod uos molestè ferre ostēditis, & care instatis, ut rursus eò redeat: ea translatio non modò nobis autoribus, sed ne sciētibus quidem facta est: ac prius eam factam esse, non sine aliqua admiratione audiuius, quàm futurum ut fieret suspicaremur. Neq; dūbium est, quin concilium generale, iustum atque legitimum ex huius S. sedis autoritate indictum & congregatum, idq; non sine omnium fere Christianorum principū consensu, ius habuerit sui ipsius, eò, quò ipsi libuerit, transferēdi: idq; cum ita factum fuerit, iusta ac legitima de causa eam factā esse translationē, ipsi existimare debemus, nisi rem aliter se habere planè cognouerimus. Qua quidē à translatione,

latione, etsi pauci quidam dissentent: stare tamē eò debet, quò multo maxima pars constituerit atque decreuerit: neque propterea diuisum esse concilium putandum est. Etsi enim quidam se ab eius corpore segregarunt, manet tamen illud singulare atq; unicū. Nec tamen illud in eam urbem translatum est, quæ aut nimis longè à Tridentina absit, aut ad cōmorandum incommoda, aut ad celebrandum ipsum concilium parū tuta uideri debeat. Nam neq; ab urbe Tridēntina magno admodū interuallo urbs Bononiēsis distat, & cū ob aeris salubritatem, tum ob rerum uictui necessariorum copiam, tum ob ciuium hospitalitatem, & ipsius magnitudinem commodissima est. Quod uerò eos principes ac populos finitimos habet, qui in fide sūt charissimi in Christo filij nostri Caroli Romani Imperatoris semper Augusti, istius nationis Episcopis præ-

præcipuè tuta uideri debet. Atq; hæc quanq; ita sint, non tamen ut in ea urbe cōciliū peragatur, ipsi magnopere laboramus, neq; nostraid sanè interest. Itaque si aliū quispiam locus communi Episcoporum consensu, tum eorum qui Bononię sunt, hoc est cōciliū, tum illorum qui istic aut Tridenti, uelster' que in primis delectus ad eā rē fuerit, eo ipsi quoq; contenti futuri sumus: modò Episcopi ibi futuri sint nō inuiti, sed liberi ac uoluntarij. atq; etiam, si ob eas causas quas affertis, id in Tridentinam ciuitatem redire commodius uisum fuerit, Conciliū ipsum, quod diuino spiritu regitur, quicquid æquum & honestum esse iudicauerit, aptumq; ad tuendā religionē, & ad sanandas hæreticorum mentes, acturum esse confidimus. Sed tamen, ut conciliū reditus in eā urbem, momentum ullum afferat ad res illius prouincię componēdas,

uti

utinam tam sperari à uobis possit,
 quàm ex animo id optamus & cu-
 pinus. Ob eam enim unam cau-
 sam flagitatur cōcilij reditus in ur-
 bem Tridentinam, quo nimirum
 commodius & libentius eò Ger-
 mani conuenire possint. Verùm
 etsi uestras fraternitates, quæ ue-
 ram & antiquam religionē saluam
 & incolumem esse uehemēter cu-
 piunt, non eò modo, sed Bononi-
 am etiā, si opus fuerit, accessuras
 esse minimè dubitamus: alios ta-
 men, de quibus ad fidem catholi-
 cam reuocandis agit, nequaquam
 illuc ituros, Tridentinisq; decretis
 staturos esse credendū est. Quippe
 qui usq; adeò illius concilij autori-
 tatem contempserint, ut cum ad bi-
 enniū illic ferè manserint, non mo-
 dò ad illud accedere recusauerint,
 sed & publicis concionibus & li-
 bris contumeliosissimis editis pa-
 lam prædicare ausi sint, † nequaquã
 ostendit, illud liberum & Christianum esse
 conci-

concilium, eiusq; decreta se repu-
 diaturos esse renunciauerint: idq;
 incredibili fanè & inaudita uerbo-
 rum petulantia, propterea quòd
 ex autoritate nostra illud indictū
 esset, & ex Ecclesiarum Episcopis
 congregatum. Quæ quidem eo-
 rum pertinacia causam & necessi-
 tatē eidem Carolo imperatori sem-
 per Augusto, & nobis attulit, ine-
 undi inter nos sanctissi. fœderis,
 ut illos, quando iuris ratio & lenia
 remedia nihil proficiebant, armis
 ad sanitatem redire cogere-
 mus: cuius belli pro religione suscepti
 exitus, Dei beneficio cum seculis-
 simus exiterit, spes est, à Cæsa-
 re, quemadmodum summa ipsius
 prudentia & uirtute dignum est,
 pium illud & gloriosum opus per-
 fectum & absolutum iri. Sed ta-
 men, si Episcopi in urbem Triden-
 tinam reuersuri sint, ut id non sine
 graui (sicuti quidē debet) causa fie-
 ri uideat, illis planè cōstare oportet

2 Obserua-
 te perfec-
 tores cau-
 sas belliz
 obseruet
 totus mun-
 dus, quo-
 modo Ant-
 tichristus
 causam re-
 ligionis dē
 iudicare
 soleat, nem-
 pe, ut si-
 mul frau-
 dulentum
 conciliū et
 ciuile bel-
 lum Ger-
 manis ex-
 citet.

ret,

ret, id remediū ad illum depellen-
 dum morbum utile atq; aptum fo-
 re, & ab hæreticis decreta, tum ea
 quę Tridenti facta iam fuerunt, de
 maxima parte earum rerum quę a
 pud Germanos uestros in contro-
 uersia sunt uocata, tum ea quę fa-
 cienda sunt, suscepta atq; probata
 iri. Atq; illud etiam necessariū es-
 set, ut pauci illi qui Tridētī reman-
 serunt, & tanquam à conciliū cor-
 pore sunt diuisi, prius ad cōcilium
 uenirent: quo episcopi Bononię
 congregari, existimationem & di-
 gnitatem suam, hoc est conciliū, sal-
 uam obtinerent, neq; paucis illis
 parum honestē celsisse putarētur.

Nota, Tri- Quum etiam diuturnior in ea ur-
dentum est be commoratio, Episcopis sine du-
ualde in- bio ualde incommoda futura sit:
cōmodum æquum esset, quod in Germanicis
concilio di- uestris conuentibus fieri solet, tem-
utius ibi pus quoddam ei peragendo prestā-
cōmoran- tuere, ut ea quę propriē ad Germa-
ti. nicam nationem pertinent, expe-
 diantur.

diantur. Nam ea quæ sunt illi cum reliquis Christianis nationibus communia, nihil planè uestra referre, Tridenti ne an Bononiæ, aut alibi tractentur, dummodo ipsarum nationum consensus accedat.

Quæ cum ita sint, reliquum illud est, ut fraternitates uestras in Domino hortemur, ut tranquillitati Ecclesiæ omni sua autoritate, ope & consilio consulant, quo nobilissimæ nationi uestræ, quatum in ipsis erit, pacis fructus, sedatis dissensionibus, & ueræ religionis lux, depullis impietatis tenebris, restituatur: atq; ut hanc commodissimam rationem, rectissimūq; consilium, quod ipsi proposuimus, esse existiment, uehementer expectimus, et uotis omnibus à Deo optamus ac precamur. Nam quod extremis uestris literis, uerendū nobis esse significatis, ne, cessante in hoc opere diutius sede Apostolica, alia sumantur consilia, alijsq;

uis & rationibus hæc causa tandē
 expediatur: nos quidem si agno-
 sceremus, in procurāda salute illi
 us inclitæ prouinciæ à nobis cessa-
 tum fuisse, omnia sanè timeremus:
 præcipuè uerò diuinam iram, quæ
 nos in hac sancta sede, tanquam in
 specula collocauit, ut omniū Chri-
 sti ouiu, præcipuè autem illarum
 quæ à reliquo grege se subtraxe-
 runt, curam haberemus. Quòd
 uerò non defuerimus hac in causa
 prouinciæ Germanicæ, quæ supra
 scripsimus, satis testimonio esse
 possunt: præsertim cum nota scri-
 bamus, non tam uobis, quàm uni-
 uerso Christiano orbi. Quare quòd
 ad nos attinet, eo minus nobis ti-
 mendum duximus, quo magis no-
 stri studij et laboris in hac causa no-
 bis ipsi sumus cōscij: & quòd eam
 de grauitate & moderatione ue-
 stra opinionem, eam de Cæsaris sa-
 pientia & animo in Christianam
 rempublicam spem habemus, ut
 nec

nec illum nec uos, ullam huius expediēdæ causæ rationem, nisi quæ recta, & ipso ac uobis digna sint, probaturos credamus. Hoc enim experta uestra & cōstans semper in aliorum defectiōne pietas & fides, nos sperare iubet.

Quod si nō fiat, noua uerò consilia contra auctoritatem huius Sedis suscipiantur, nos quidem nō sumus, qui prohibere possimus, quo minus in eam tanquam in domum aliquam descendat pluuia, ueniant flumina, flent atq; irruant uētī. Hęc enim omnia futura esse, ab ipso summo architecto, cum eius fundamenta iaceret, sunt prædicta. Ne uerò propterea cadat, ne dissoluatur, timere quidem nō possumus: quia scimus fundatam esse super firmam petram. Illis potius timemus, & eorum uicē dolemus ualde, qui nec irritis conatibus illorum, qui hanc sibi oppugnandā animo proposuerunt, nec graui-

bus

c 2

bus Dei iudicijs, cum ueteribus,
 tū nouis, in omnes qui hoc aliquā
 do tentarūt, deterrent, quo minus
 eiusmodi cōsilia capiant: malintq;
 se certo periculo cum totius Eccle
 sia perturbatione exponere, dum
 opus Dei dissoluere conant, quod
 nullo non seculo ab improbis op
 pugnatum, nunquam expugna
 tum iri potuit, quā in pulchritu
 dine pacis nobiscum unanimes in
 una domo uiuere, ad quā eos sem
 per inuitauimus, & perpetuò inui
 tamus. Idem autem ut uos faciatis,
 nec permittatis, ut aliena & nullis
 profutura consilia, locum aut au
 toritatem in uestris conuentibus
 habeant, ualde in Christo horta
 mur: uosq; ita facturos de pristina
 uestra & constanti, quam semper
 ostendistis, pietate & fide ma
 ximē confidimus.

Protes

PROTESTATIO HABITA

Romæ nomine Caroli V.

Nota, quòd ea quæ in margine sunt, si in uicè eorū quæ alia litera sunt expressa in textu, legantur, protestationē Bononiæ factam referent: uerūm ut iacet textus simpliciter, ita Romæ corā Pontifice est habita protestatio.

Sanctissime pater (cum res publ. Christiana miserabiliter conuulsa esset, religio labefactaret, mores uehementer corrupti essent, tota ferè Germania ab Ecclesia desciuisset: inuictissimus Dominus meus Carolus Cæsar, Romanorum Imperator semper Augustus, cuius ego oratoris & procuratoris uices gero, primū à Leone, deinde ab Hadriano, deinde à Clemente, Sanctissime memorix Pontificib. maximis, postremò à S. V. beatissime pater Paule III, sæpè summis & cōtinuis precib. uniuersale concilium efflagitauit, & ratione suæ dignitatis, & ut satisfaceret assiduis supplicationibus ordinum

nos procurato
res sumus

Imperiū, ut solum euerfarum re-
rum perfugiū, ad quod semper
in duris Ecclesia accedere con-
suesset *quas quidē ob causas à S. V. pri-*
mum Mantuam, postremò Vin-
centiam cōuocatum est genera-
le conciliū. sed harum ciuitatum
 t neutra satis apta fuit, in qua di-
 uersarū & multarum prouincia-
 rū homines, libenter simul &
 commodē conuenirent: Germa-
 ni præsertim, quib. iustis & gra-
 uibus de causis eò proficisci non
 licebat. Demum Imperatoris ip-
 sius uoluntate, cæteris etiā Chri-
 stianis principibus assistentibus,
 ipsisq; adeò poscētibus Germa-
 nis, S. V. Tridentum delegit, Ger-
 manorum gratia, propter quos
 id præcipue concilium fiebat,
 quòd illam approbauerant ciui-
 tatem, quemadmodum Imperato-
 ri, ijsq; in publicis eorū Ratisbo-
 næ habitis comitijs in prouincia
 Germaniæ celebrandum con-
 cesserat

Nota, Papa
in incommo-
dis periculosis
que locis indi-
cit concilia.

Summus Pon-
tifex

ipsi Cæsari, il-
lisq;

cesserat eadem S. V. quòd locus es-
 set aptissimus ob libertatem, se-
 curitatem & opportunitatē. Ita
 enim positus est, ut tã Italiae pro-
 pinquus (*particeps*) quàm Ger-
 maniae situs esset: nec à Gallis
 aut Hispanis longissimè distare
 uideretur. Cuius ciuitatis Epi-
 scopus esset Christophorus Ma-
 drucius, uir sanè probus, piusq̃,
 ac sancti Imperij princeps, & san-
 ctitati uestrae multis nominibus amicus: &
 quod omnium rerum, quae ad ui-
 ctum necessariae sunt, commodi-
 tas nō desit, S. V. in sua bulla in-
 dictionis latius declarat: Tridē-
 ti est inquam, indictū concilium
 generale omnium consensu; le-
 gati, Cardinales missi, primū
 Reuerendis. † Panutius, Moro-
 nus & Polus adfuere, qui uices Pon-
 tificis repraesentarent, oratores Impe-
 ratoris admodum illustrissimus
 & religiosissimus Episcopus A-
 trebatēsis, Illustrissimus uir Do-

*idem sanctissi-
 mus Pontifex*

*Ipse sanctissi-
 mus Pontifex*

† Parisius.
 qui locum Im-
 peratoris re-
 præsentarēt o-
 ratores Episco-
 pus Atrebatēf.

minus de Granuella, & ego Iacobus de Mendoza. Sed nondū
est tempus uisum fuit S. V. ut apparet in secunda bul
 la sanctitatis uestræ, tempus satis idone
tempus iterum post aliquot dies iterum à S. V. missi se
missi estis uos dis Apostolicæ legati, Cardina
Tridentum lis reuerēdus de monte, reueren
 dus sanctæ Crucis, & item reue
 rendus Polus: rursus oratores,
Idem Ego Iacobus Mendoza, & illu
 stris uir Frāciscus Toledo *absens*.
 accesserunt nonnulli aliorū prin
 cipum itidē oratores, nonnulli
 erant in itinere, multarum natio
 num Episcopi etiam ab ultimis
 terris conuenere magna impen
 sa: magno labore inchoatum est,
 & petatum ab omnibus Christia
 nis concilium, & causa religio
 nis & reformationis morum in
 eo tractari cœpta. Eodem quoq̃
Recipe bellū, & conciliabu
& conciliabu tempore bellum aduersus ho
lū, & inde fiet stes & sacri Imperij uiolatores
liberum Anti- Imperator gerebat, in quo susci
christi cōciliū. piendo

piendo potissimum tuendæ &
 amplificandę religionis, idę in-
 terueniente S. V. ratio habita est, *S. SUA*
 ita ut quos ratione flectere non
 poteramus, armis cogeremus.
 Cum res essent in hoc statu, cœ-
 pto, ut dixi, religionis negocio
 causam morum (quæ totis uiribus
 & consilio indigebat, ad quam
 legitimè & absolutè prorsus per
 agendam S. Maiestas & Germa-
 niæ ordines à retro Pontificibus
 & S. V. iam antea remedium tam *à S. S.*
 crebrò flagitauerat) sed frigidè
 nimis & uix tentata, deinde uirtu- *eidem Sanctita*
 te Imperatoris pacata Germa- *ti*
 niæ, in qua recuperandæ S. V. &
 sacrosancto Cōcilio munus in- *tum eorum*
 cumbebat maxima spe & certitudi-
 ne eorum aduentus, tum etiã qui huc
 usq; concilium recusauerant, &
 eorum qui in tam necessario re-
 ligionis negocio adhuc occupati Im- *fuerant.*
 peratori adiutores erant. Ecce re-
 uerendissimi asserti legati tumultu
 ose

Pontifice maxi-
mo, quod qui-
dem uos nun-
quam negastis,
in scio et in
consulto.
retulistis.

proposueritis,
postridie decre-
ueritis, peren-
die discesseri-
tis,

ose præter omnium expectatio-
nem S. V. (quod ipsi dicunt) inscicia
& inconsulta, leuissîma sanè causa
procurata & conficta de tralati-
one concilij retulerunt ad patres,
nullo consultandi, sed neq; cogi-
tandi spacio dato, ita ut pridie
proposuerint, postridie decreuerint, peren-
die discesserint, cū multis patribus,
atq; ijs quidē tum temporis uel
unius ferè Italicæ natiōis, uel an-
te adeptum Episcopatus nomen
in Italia degentibus.

Sancti patres
aliquot
Papa nimis ca-
lidis & callidis
consilij rem
Christianam
tractat.

Concilij

Huic consilio sanctissime pa-
ter, plures Episcopi, magnæ fidei &
autoritatis uiri, quib. religionis
& morum causa cordi erat, tan-
quam callido nimis & immatu-
ro, Christianæq; reipub. pericu-
loso, contrauenere, planeq; et pu-
blice inspirate eis Spiritu sacro,
cuius sanè causa in primis agi debebat, tum
tralationem propositam, tum lega-
torum assertorum et patrum, qui
eos secuti sunt, iniustam esse tra-
latio-

lationem concilij, uelleq; se ma-
 nere Tridenti libero et legitimo
 concilij loco, publicè protestati
 sunt. Inter hæc Imperator, dum
 Episcoporum congregatio Bononiæ *Congregati*
 manet, hoste ad Albin deuictò, *estis.*
 Saxonia puincia superata, duo-
 bus belli ducibus, altero pugna,
 altero deditioe captis, pacata
 prorsus Germania, arduum &
 & periculossimum bellum so-
 lus confecit: nec destitit sæpius
 S.V. per nuncios, per legatum se, *Summū ponti-*
 dis Apostolicæ, per illustrissimum ui *eundem iacob.*
 rum Ioannem Vegam, per me & Maiesta- *Mendoza eius*
 tis suæ apud S.V. oratores, & ante con- *dem Cesaris*
 fectum & post confectum bellū *oratore.*
 magnis & cōtinuis precibus so-
 licitare, iuberet patres, qui Bononiæ per *iuberet uos o-*
 stant, ad concilium Tridentinum *nes, qui Bono-*
 redire, eandemq; ipsam admonere, *niæ adhuc mor-*
 præuideat, quot scandala, dissi- *ramini.*
 dia, pericula impēdeant Christi- *eundemq;*
 anæ religioni, si iam cœptum cō-
 cilium Tridenti non continue-

tur & absoluatur. Comititia inte-
 rim Augustę Germanis indixit,
 quę quidem adhuc celebrantur.
 In his libero, spōtaneo, generali
 totius Germanię ordinum & sta-
 tuum, præterea omnium ciuita-
 tum consensu, petente Imperato-
 re decretum est, Germanos om-
 nes ad concilium Tridenti con-
 venire uocatum uenturos, ut ea super qui-
 bus indictum fuit, tractentur, &
 Sacrosancta concilij autoritate
 decidantur. Ipsi S. Sanctam Tri-
 dentinam synodum se susceptu-
 ros, idęq; prorsus & absq; ulla cō-
 ditione se præstituros, Imperato-
 ri sunt polliciti. Legauit Impera-
 tor oratorem ad S. V. Illustrissi-
 mum & reuerendissimum Chri-
 stophorum Madrucium, Cardi-
 nalem et Principē Tridētinum,
 quo S. Maiestatis & Serenissimi
 Romani Regis ordinumq; sacri
 S. B. Imperij nomine S. V. pium hoc et
 sanctum Germaniæ concilium
 iudicaret,

iudicaret, supplicaret, iuberet *uos qui Bono-*
patres, qui Bononiæ agunt, ad concilia agitis
 lium Tridenti inchoatum reuer
 ti: hortaretur & admoneret, ut
 honestissimam et necessariam oc
 casionem tot laboribus & peri
 culis tamdiu quæsitam, nunc de
 mû partâ, fusciperet & amplecte
 ret, in qua & patres cû dignitate
 Tridentum redire, & religionis
 causa generali Christianorû con
 sensu, ipsorumq; Germanorum,
 quorum potissimum gratia ipsa
 Sacrosancta Synodus Tridenti
 conuocata fuerat, tractari et con
 fici, & S. Sanctæ sedis Apostoli
 cæ autoritas magna cum Pontifi
 cîj nominis maiestate, & ipsius
 S. V. immortalî gloria augeri pos
 set: idq; non priuatim solum, sed
 publicè faceret in reuerendissimo
 Cardinalium consessu. Præ
 terea iussit me, qui Senas ad com
 ponendas illius reipub. res uene
 ram, idem negociû præstare. *Quod*
si S. V.

S. Pontificis

eundē Iacobū

Mendozam

uenerat

Præcepit, quod

si S. Pontifex. si S. V. dilationem aut excusationem aliquam interponeret, neque presentem occasionem suscipere, huiusce rei, ut tam iustae petitionis, promptissimique in Christianam religionem maiestatis suae animi tam publice quam priuatiuam uos ipsos Reuerendissimos Cardinales et omnes omnium principum oratores, qui Romae agunt, testes uocarem, praecipit. Praeterea iussit procuratores et consiliarios suos, qui Bononiae expectabant de ea re respondere, et a patribus ibi congregatis et a S. Pontifex tem V. si unquam uel ipsi patres uel S. V. id recupus interposuissent, uel dilationem aliquam interposuissent in generali patrum coetu, nomine Maiestatis suae protestari, iniquam fuisse translationem, et omnia inde facta et secuta ab ipsis patribus affectata, et nulla esse atque futura fore: factum est Beatissime pater post requisitiones priuatus etiam publice primum a Reuerendissimo Tridentino die nona Decembris: deinde a me die 14 eiusdem mensis, hora antemeridiana, in hoc reuerendissimo mane, subdolum, morum patrum confesso, cum debita humilitate

late instantissimè rogando, idq; per uisce-
 ra & per sanguinè Domini nostri Iesu Chri-
 sti: tempus tamen S. V. interposuit ad consu-
 lendos super responso patres qui Bononiæ
 sunt, qui quidem non dissimili secessioni, si-
 ue (ut ipsi dicunt) translationi consilium de-
 dere, uanum, subdolum & captiosum, in gra-
 uissimum religionis & uniuersalis Ecclesiæ
 dissidium, scandalum & detrimentum. San-
 ctitas autem uestra id consilium approbasse,
 illorumq; sententiam suscepisse, quodam mo-
 do uisa est, illegitimam secessionè
 Tridentinam, periculosissimam
 sanè, & perniciosam reip. Chri-
 stianæ, translationis uocabulo, con-
 gregationem que seu illegiti-
 mum conuentum Bononiensem
 generalis concilij nomine appel-
 lans: tantumq; ei congregationi autho-
 ritatis in suis ad reuerendissi-
 mum Cardinalem de Monte, E-
 piscopum Prænestinū, & ad uos
 qui adestis, literis, & suo ad Im-
 peratorem responso tribuere uide-
 tur, quantum Episcopi prænominati auto-
 ritate

captiosum, &
 dignum sanè
 quod à Pontifi-
 ce maximo dā-
 naretur. Si autē
 Pontifex nō so-
 lum id consiliū
 approbauit, ue-
 stramq; senten-
 tiā secutus est,
 sed etiam ille-
 gitimam, & c.

appellat, huic-
 que illegitimo
 cōuentui tantū
 tribuit, quantū
 nos uobis ipsis

Estis, in grauis ritate propria sibi ipsis arrogare auli-
 simum religio- sunt. Præterea responsum ad Cæsarem dat
 nis & uniuer- dilatoriū & illegitimum, præsentī occasionī
 salis Ecclesia & negotio impertinens, ineptum & incon-
 disidiū et scan ueniens. Quid enim magis alienum, quā
 dalum. Quid in grauisima causa, in negotio religionis &
 præterea desi- spiritus sancti, & causæ cognitionem ante-
 deramus à uertere, & sententiam ferre: & se iudicem
 Germanis? constituere, antequam iudicium sibi defera-
 quid ab illis pe tur: & his qui ægrotabāt, & sanandi erant;
 tebamus toties qui hucusq; remedium detrectare uideban-
 à Cæsare repe- tur, qui nunc religionē, qui morū reformatio-
 titis itineribus, nem, qui unionem publicarum dissensionum
 tot impēsis, tot petunt à S. V. Concilium enim petunt Tri-
 laborib. maxi- denti, ubi cœptum fuerat, continuari & ab-
 mo & ancipiti solui, quod omnium bonorū causam futurum
 suscepto bello certissimò credunt, præsentissimam medi-
 atq; confecto: cinā tergiuersationibus & ambagibus produ-
 prædictos om- cere & denegare. Et cum probationem cau-
 nes hos labores sarum translationis à perspicuis & religio-
 pro religione sissimis & probatissimis testibus sumi con-
 susceptos, opti- ueniens sit, in hac ipsa testibus parum inter se
 mam & præ- conuenientibus, nullius authoritatis infimis
 sentē instauran- de plebe hominibus fidem adhibere: Impera-
 da restituende toris autem & regis Romani, & principum
 que religionis occasiões per- Statuumq;

statuunt; Germaniæ, qui in publicis comi- detis & admo-
 tijs congregati sunt, qui & per sanctæ se- niti & requisi-
 dis Apostolicæ Cardinalē, atq; eundem sa- ti. Id uerò, & c.
 cri Imperij principem, Sanctitatē uestram
 certiozem faciunt: de hoc tam sancto, tam
 pio Germanorum proposito atq; decreto fi-
 dem in dubium uertere, quod ex ipsorum &
 Sanctitatis uestræ respōso tum publicè tum
 priuatim dato intelligi potest. Multa alia à
 me prætermittuntur, Sanctissime Pater,
 quæ tempore & loco, si opus fuerit, in hac
 causa dicentur. Quid præterea desidera-
 bamus à Germanis, quid ab eis petebamus,
 toties à Cæsare repetitis itineribus, tot
 impensis, tot laboribus, maximo & an-
 cipiti suscepto bello, atque confecto? Per- Nota.
 det omnes labores hos S. V. pro religio-
 ne susceptos, perdet optimam & præ-
 stantem sanandæ restituendæ que religi-
 onis occasionem, & perdet religionis cau-
 sam, admonitus & requisitus? Id ue-
 rò certissimum concilium uni-
 uersale, ob causas grauißimas
 & maximè necessarias Tridenti
 congregatum uestræ Sanctitatis indi- s. sanctitatis
 d ctio.

dictione, flagitante Imperatore,
 principib. Christianis assentiēti-
 bus, petentib. Germanis, cōueni-
 entibus Episcopis iā cceptū, nisi
 summa urgētīq; necessitate pre-
 cedētibus tractatibus, et diligen-
 tissima discussione, seruato iu-
 ris ordine, consensu omnium pa-
 trum aliò mutari, neq; legitimè
 posse, nec licere. Sape enim trala-
 tiones sine causa calido & præci-
 piti consilio factæ, in causa esse
 solent, ut magnæ religionis peri-
 culo, magnis in republica Chri-
 stiana turbis & dissensionibus,
 interdum populi Christiani per-
 niciosa diuisione concilia dissol-
 uantur. Causa autem tam subita
 translationis nulla fuit, sed arre-
 pta quæ se primū obtulit. Oc-

Nota, quomo-
 do spiritus cō-
 cilium rexit.

Et reliqui pa-
 tres fecerunt

Diuina, cu-
 ius spiritus
 hæc uestigia es-
 se uideantur.

† fueratis

casionem uos reuerendis. asser-
 uī legati, ut à me dictum est, † effecerunt,
 id quod iā pridē meditati † fuerāt.
 Febres enim nescio quas & ae-
 ris uī tū causati, affectatū & pro-
 cura

curatum quorundam medicorum,
 sed præcipue ancillarum & coquo-
 rum, utilissimorum hominum te-
 stimonium recitantes, Tridento præ-
 cipites discesserunt: nempe & tunc &
 deinceps apertissime patuit, nul-
 lam exitisse vanæ formidinis cau-
 sam. Præerea, ut ulla fuerit ratio
 discedendi V. sanctitatem in hac præ-
 terea causa consulisset, cum tam par-
 vi temporis mora nihil periculi
 esset allatura. Neque enim tam re-
 pentina res erat, quod exitus mor-
 bi, quem causati fuerant, compro-
 bavit. Inconsulta autem sanctitate
 uestra discessisse illi Episcopi falsi
 estis & sanctitas uestra postmodum affirma-
 uit. Cui quidem sanctitatis uestre testimonio
 multum certe fidei & authoritatis detra-
 hunt uestre ad reuerendissimum de Mote lite-
 ra, & responsiones ad Cæsarem datae.
 Imperatore quoque consulto et al-
 sentiēte id facere debuisset, cui cure
 sunt & tutelæ omnia uniuersalia
 concilia, atque id ex munere officij

Vos præcipite
 Tridento effu-
 gistis

alia
 S. sanctitatem
 consulissetis

fueratis
 Sanctitate sua

Nota.

debuissetis

Augustalis: cuius quanta sit in
 concilijs authoritas, manifestum
Vestra est. Verum tanta fuit legatorum *asser-*
torum festinatio & simulatio, ut
nec uos ipsos nec ipsi uoluerint consulere, nec eos
uolueritis qui dicebant † Sanctitatem uestram, &
 † B. suam Imperatorem prius per sanctam
 Synodum certiores fieri oportere
putastis re audiendos putarint. Cumq; im-
 perator ipse pro tuenda et ampli-
 ficanda religione, pro Ecclesia,
uos reuerendis pro concilio laboraret, ipsi ua-
simi domini, et no & inani timore simulato, Im-
cateri qui hic peratore consulto abscesserunt. At-
adeftis qui saepe alias Imperator per o-
abscessistis ratores suos tum ipsos assertos lega-
uos ipsos, qui le tos, tum Sanctitatem uestram admo-
gatos S. sedis nuerat, se neque translatione con-
Apostolica as- cilijs, sed neq; suspensioni aut ua-
seritis, tum S. cationi tacite uel expresse assen-
Pontificem ad tiri posse. Praeterea iuris ordinem
monuerunt contempserant, & eam causae cogni-
contempsistis tionem, quae in Synodalibus tra-
 lationibus sanctorum patrum san-
 ctionib. instituta est. Rem enim
 ferē

ferè omnium grauissimam pro-
 perè sanè & leuiter confecerunt, de- *confecistis, de-*
 buerant certè iustas multorum gra *bueratis*
 uissimorū patrum, qui illis haud *uobis*
 quaquam assentati docti rei ex
 recta conscientia consulebant,
 contradictiones libèter audire,
 eorumq; sententias ac rationes
 animaduertere, atq; examinare,
 ac non ipsis neglectis, uixq; au-
 ditis rem pro libitu definire: quo *tametsi nume-*
 rum quidem sententiæ quòd graui- *ro pauciores*
 res & firmiores erant, sanioresq; *essent, quia ta-*
 reipublicæ Christianæ, debuit- *men firmiores*
 sent iurè præferri: potuissentq;
 multarum nationum patres, etli
 multitudine alijs impares, trala-
 tionem merè uoluntariam, ean-
 demq; reipub. Christianæ perni-
 ciosam impedire. Quam si fieri
 oportebat, fuerāt sacrorum con- *præcepta*
 ciliorum decreta seruanda, ne di-
 scederetur à terminis eius regio-
 nis, eligendus erat in Germania
 locus propinquior & opportu-
 d 3 nior:

nior: atq; ob id maximè fieri oportebat, ut de quorū causa præcipuè agebatur, Germani tunc possent ad cōciliū uenire: quod proculdubio fecissent, omnibus non ueniendi subterfugijs impedimentis, & difficultatibus sublatis, ut exitus ipse cōprobauit. Illud uerò nulla ratione defendi potest, quòd Bononiam, in medio Italiæ collocatam, subditam Imperio Ecclesiæ, delegerint: quò nemini dubium est, non adituros Germanos. Locum itaq; delegerunt, quē possent omnes merito multis de causis, quæ nūc à me prætermittuntur, recusare, non ut conciliū prosequantur, sed ut summo exitio Christianorum decoratione & deformatione status reipubl. christianæ concilium præpoperè & ex abrupto dissoluant, aut ex animi eorum sententia conficiant. Ac cum sit conciliorum officium dissidia tollere, religionem sustentare;

delegistis

*delegistis
nobis*

prosequeremini

Nota.

*dissolueretis
conficeretis*

re, mores emēdare: hīc recessus,
 quem ipsi translationem uocant, uos
 turbabit concilium: perdet om- uocatis
 nia? Verūm cum piſſimus Impe
 rator Sanctissime ac Summe Pontifex, ut ut uerus & le-
 uerus et legitimus Rom. Imperator Eccle gitimus Rom.
 siam omnium matrem augere ac Imperator.
 defendere teneatur (quod sem-
 per ab initio regnorum suorum
 & imperij fecit) cumq; ab anti-
 quissimis retro temporibus Im-
 peratorij muneris fuerit, uniuersa
 falsa cōcilia protegere, & eō usq;
 integra & salua prestare, quo ne
 gotia, quorū gratia congregan-
 tur, debito loco et ordine absolu-
 ta sint: cumq; Germaniæ dissidia sic
 componere, eamq; prouinciam
 partem imperij potissimam, ma-
 gnumq; Eccelesie membrū pa-
 care, et ad uerā Christianamq; re-
 ligionē reducere constituerit:
 cūq; ad eundem etiam Hispania
 rum, aliorumq; regnorum & sta-
 tuum suorum, quorū rex uerus

S. Pontificis ac Dominus est auxilio S. V. & sacrosancti concilij corrigendorū, & ad uerā Christianā uitā redu-
 cendorū, cura pertineat: quæ ita
 continuabitur, demū uana nō erit, si S. V. conciliū Tridēti indictū, Tridenti cœ-
 & absoluetur demū uana nō erit, si S. V. conciliū Tridēti indictū, Tridenti cœ-
 hūc recessum, ptū, Tridenti continuauerit, & absol-
 seu ut uos dicitis, tralationē uerit. Animaduertens inquam Im-
 sine ordine le- perator hunc recessum, seu, ut ipsi dicunt,
 gitimo factam. tralationem sine ordine legitimo factam,
 † Nota. † neq; lege, nec ratione, neq; cau-
 a magnā ex hoc sa, neq; consilio inniti, omnem
 eladē et exitiū sancti iustiq; propositi sui ratio-
 populo Christi nem perturbare. Præterea totam
 ano imminere. Germaniam, ad quam hæc potif-
 b ut bonus obe simūm causa spectat, concilium
 diēsq; Ecclesiæ postulare Tridenti, polliceri se
 filius, uosq; le- concilio Tridenti affuturum,
 gatos sedis A- sanctam Tridētinam Synodum
 postolicæ asse- suscepturā a Sanctitatē uestram quam
 ritis, cum reli- semel atq; iterū obtestatus est, nūc quoq; ut
 quis episco- bonus obediensq; Sanctitatis uestræ, & Ec-
 pis, qui recessi clesiæ filius maxime contestatur, debita hu-
 stis, & quot- militate & Christiana monitione per uisce
 quot hic adestis statur. ra Domini nostri Iesu Christi, ne magno
 maxime conte labore

labore tamdiu quaesitam compo-
 ponendae instaurandaeque religio-
 nis occasionem praetermittat.
 Quibus a Deo optimo maximo sibi com-
 missis auxilium feratis, iubeat suos assertos
 legatos cum reliquis Episcopis, qui recesserunt,
 sine mora Tridentum reuerti, qui locus
 usus est Sanctitatis uestrae approbatio-
 ner tutus & liber, ipsiusque inuidiosissimi & pi-
 entissimi Imperatoris fide tutior atque liberi-
 or: cuius muneris est concilia protege-
 re atque tueri: ibique ut decet, ac ne-
 cessarium est sacrosanctum con-
 cilium autoritate Imperatoris effla-
 gitatione, assensu principum Tri-
 dentini inchoatum, diuque habitum
 prosequatur: quod nullo pacto re-
 cusare possunt, & sane id iam antea
 polliciti sunt: si utique Germani ad
 concilium accessissent se quampri-
 mum illa falsi morbi suspicio refrig-
 uisset, esse redituros, atque adeo S.
 V. id ipsum Caesari per nuncios
 saepe & legatos promisit. Anno
 iam fere elapso, cessante morbo

Christi sangui-
 ne redemptis au-
 xilium feratis, et
 ut primo quo-
 que tempore Tri-
 dentum reuerta-
 mini, qui locus
 usus est sanctis-
 simi Pontificis
 approbatione
 tutus & liber,
 ipsiusque inui-
 diosissimi, et pi-
 entissimi, Imperat. fide
 tutior atque libe-
 rior, cuius mu-
 neris est, sum-
 mi pontificis.
 Summi Pontif.
 prosequa-
 mini potestis
 & estis access-
 serint, conciliumque
 susceperint
 refriguisse
 uos, idque sum-
 mus Pontifex

(si quis fuit) re tranquilla & pa-
 cata, ablata ratione timoris, po-
 stulantibus principibus & stati-
 bus Germaniæ, usq; deniq; polli-
 centibus se liberè & absque ulla
 cōditione aut prętextu Synodū
 sanctā Tridentinā suscepturos,
 cur nō reuertantur, & intermissum
 continuant opus ut cęperant, ut con-
 tinuare oportebat. Hoc si S. V. fuerit e-
 xecuta, & nūc assertos legatos Tridentū re-
 dire sua autoritate & imperio coegerit, ne-
 que dilationē aut difficultatē ul-
 lā interposuerit, rē populo Christia-
 no ualde necessariam, & diuine
 maiestati gratissimā faciet. Sin
 autē tam iustæ petitiōi tempore
 & occasione necessaria, quæ qui
 dē nūc se ultro præsens offert, af-
 fētiri noluerit, ^b quod abhorrendū sanē est
 ab eo qui prorsus totius reip. Christianæ cu-
 rā gerit, atq; ad eō ipsius Domini nostri Iesu
 Christi uices representat, Ego Iacobus Hur-
 tadus Mendoza nomine pientissimi &
 inuictissimi Domini ^c mei Caroli
 Cæsaris

ijdemq;

reuertimini?

ut cępistis &

continuari

Hoc si fueritis

executi, ut uos

reuerendis. Do-

mini cum reli-

quis Episcopis

nunc Tridentū

rederitis,

^a interposue-

ritis ^b quod ab-

sit, & credi-

bile non est,

nolueritis, Nos

Licentiatus

Franciscus Var-

gas, et Doctor

Velascus, Cęsa-

ris procurato-

res & consilia-

rij nomine, etc.

^c nostri

Cæsaris Romanorum Impera-
 toris, ex illius speciali mādato, ac
 nomine totius sacri Imperij regnorum & do protestamur
 minorum suorum multiplicatas priuatim &
 publicæ Euangelicas requisitiones, monitio-
 nes, denunciationes, idq; non solum (ut supe-
 rius dictum est à me) semel atq; iterum, sed
 etiam plures in hoc amplissimo & religiosis-
 simo Cardinalium consensu, die Mercurij,
 hora antemeridiana, XIII Decēbris, & in
 hoc eodem loco rursus die Martis hora pro-
 meridiana, 27 eiusdē Decembris, præsentib.
 reuerendissimis patribus & principum ora-
 ribus, aliam protestationē die Luna 16 men-
 sis Ianuarij hora meridiana à procuratorib.
 & consiliarijs Imperatoricæ Maiestatis pro-
 latis, in generali cœtu conuenientibus, Bo-
 noniæ habitā: tandem nouissimè protestor,
 dictam translationē seu recessionē
 fuisse & esse illegitimam, & nul-
 lam: atq; omnia inde acta atq; se-
 cuta, & quæ posthac quomodo-
 cunq; de re qualibet agentur at-
 que sequentur, affectata fuisse,
 & futuras rixas & contētiones

in Ecclesia Dei inducere atq; nu-
 trire, ac deinde nullius momēti,
 nullius effectus magnam cladem &
 exitium populo Christiano minari, fidē Ca-
 tholicam & S. sanctam religionem in peri-
 culum adducere, uniuersalem Dei Ecclesiam
 scandalizare, decolorare, deformare, eius-
 que statum & maiestatem peruertere, ac
 proinde nullius momenti, nullius effectus,
 nullamq; habuisse uim, sed nec ha-
 bitura uigorem ullum, ullam peni-
 tus subsistentiam: neq; eam pos-
 se esse auctoritatem assertorum legato-
 rum S. V. & eorum Episcoporum qui Bono-
 niæ sunt, Sanctitati uestre maiori ex parte
 † obnoxiorum, atq; ab illius nutu o-
 mnino pendentium, ut in religi-
 onis et morū reformationis cau-
 sa tanti momenti negotio uni-
 uersę reipublicę Christianę, eiq;
 prouinciæ, præsertim cuius mo-
 res & instituta parum eis nota le-
 gem præscribant. Præterea eius-
 dem inuictissimi Romani Impe-
 ratoris semper Augusti nomine &

non habitura
 uigorem
 uestrā, qui uos
 legatos asseri-
 tis, et episcopo-
 rum qui hic as-
 destis, & con-
 uenitis & sum-
 mo Pontifici
 † Nota.

et speciali mandato, prout supra pro-
 testor atq; denunciatio Sanctitatis uestrae re-
 sponsionem illegitimam, praesenti negotio et
 necessitati ineptam & inconuenientem, fu-
 co & figmentis plenam, ac prorsus deluso-
 riam fuisse & esse, nulloq; iure, nulla que ra-
 tione subsistere. Protestor praeterea, om-
 nia damna, tumultus, dissidia, clades, rui-
 nas, excidia populorum, adhaec diuisiones
 & scandala in Ecclesia Dei, & religionis
 pericula, atq; reipub. Christianae detrimeta,
 quae inde euenire atq; eueniunt,
 & possunt contingere, uestra Bea-
 titudini, non sibi imputanda. Ad
 que quidem facilime, & potuit &
 debuit ex forma & essentia Pontificatus
 usq; ad sanguine, usq; ad animam remediū com-
 modū adhibere. Protestorq; similiter, Ca-
 rolum Romanorū Imperatorem
 semper Augustum, defectu cul-
 pa & negligentia Sanctitatis uestrae
 Ecclesiae procellis & tempestati-
 bus, quas metuit ex hoc facto, ui-
 detq; impendere, totis suis uiri-
 bus

protestamur
 atq; denuncia-
 mus s. sanctita-
 tis & uestram
 responsionem
 nec aptam, nec
 cōuenientē, sed
 illegitimam
 Licet ne hæc
 credere, aut di-
 cere de san-
 ctissimo?
 protestamur in
 super,
 uobis omnibus
 & huic con-
 gregationi quā
 concilium ap-
 pellatis,
 & potestis,
 & debetis re-
 medium cano-
 nicum adhibe-
 re.
 Protestamur
 similiter inui-
 sissimum Do-
 minū nostrum

uestra & sanctissimi Pauli III. summi pontif.

† Nasceturri-
dicolumus, sic
enim Casares
Papae reformi-
darunt.

bus obuiam iturum, eiusq; pro-
tectionem & tutelam omni stu-
dio suscepturū: totumq; id quod
sui iuris, muneris, officij & di-
gnitatis est, quo Imperator est,
quo rex est, quatenus ius pati-
tur, & legibus sanctorumq; pa-
trum institutis, & orbis eo con-
sensu decretum atq; obseruatum
est, ex nunc nō omissurum, om-
niaq; alia quę eiusdē domini mei
Imperatoris nomine possum & de-
beo, quo melius expediat atq;
conueniat, modo & ordine. Pro-
testor, uobisq; etiam Romani patres, simpli-
simi Cardinales, saluo omni iure & faculta-
tibus, quomodocunq; Domino meo Impera-
tori competentibus, ubi sanctitas S. in præ-
missis negligēs fuerit, aut quacunq; alia cau-
sa instaurationē religionis, unionē provincia-
rū Germaniæ uerā, absolutam & generalē
in sancto uniuersali Concilio fieri oportet,
morum reformationem omiserit aut distule-
rit, uosq; uidem in his negligentes fueritis,
eadem omnia quę Sanctitati suę protesta-
tis

tus suam, eodem modo & ordine nomine inui-
 etissimi & piissimi Domini mei Caroli Ro-
 manor. Imperatoris semper Augusti prote-
 stor atq; denūcio: atq; hanc protestationem
 bis, ter, & toties, quoties & ubi mihi uisum
 fuerit, esse necessariam: & quamcumq; aliā
 super promissis & ab eis dependentibus cō-
 nexis & demergentibus facturum affir-
 mo, et facultatē mihi reseruo: Testes uos om-
 nes qui adestis huic meae protestatiōi sifiēs,
 petoq; a uobis Notarijs, & a quocurq; ue-
 strum, ut publica de his omnibus conficiatis
 instrumenta. Quā Bononiēsi pro-
 testatione lecta, idem Magn.
 D. Fiscalis Cæs. suo & collegæ
 nomine, dictam protestationis
 scripturam sic lectam et recitatā,
 uirtute mandati Cæsarei præsen-
 tauit, illamq; in actis redigi pe-
 tijt: & requiliuit modo & forma
 prout in ipsa cōtinetur. Atq; om-
 nia reuerendis. dominus Cardi-
 nalis de Monte prædictus, repe-
 tita protestatione, lecta per D.
 Claudium notariū supradictū,
 ex

stet, & Cæsā-
 rem suo mune-
 re, & nos offi-
 cio nobis iniur-
 eto minimē de-
 fuisse. Petimus
 insuper prote-
 stationem hāc
 nostram unā
 cum Cæsaris
 Domini nostri
 mandatis in a-
 ctis huius præ-
 tense congrega-
 tionis a No-
 tario uestro in-
 scribi, ut perpe-
 tuò constare
 possit.

ex mente et sententiâ patrum ex-
 istentium, ut supra, respondit,
 narrata & recitata per D. Docto-
 rem Velasco, prout recitantur
 & narrâtur in protestatione seu
 scriptura per eum lecta, præser-
 tim contra honorem ipsius reue-
 rendiss. Domini præidentis, &
 reuerendissimi collegæ sui, & pa-
 trum in ciuitate Bononiæ con-
 gregatorum, & ea quæ proposi-
 ta fuere de inualiditate transla-
 tionis de ciuitate Tridenti ad ci-
 uitatem Bononiæ dolose factæ,
 & quæ proposita fuerunt de se-
 curitate & libertate ciuitatis Tri-
 denti, non esse uera, & ueritatis
 clypeo carere: contestans de hoc
 Deum, qui est ipsa ueritas: prout
 suo loco et tēpore, si opus fuerit,
 deducetur & ostendetur. asserēs
 etiam, & affirmans, se esse para-
 tum unâ cum patribus concilij
 mortē oppetere, & martyriū pa-
 ti, priusquam consentiât, quòd
 hoc

hoc exemplum in Ecclesiam intro
 ducatur, quòd secularis potestas
 uelit concilium cogere pro libitu
 suo, & ei libertatē adimere: & Im-
 peratorem (quod cum pace eius
 dicitur) esse Ecclesiæ filium, non
 autem Dominum uel magistrum:
 & se & collegā suū esse sedis Apo-
 stoliciæ legatos, & de his quæ eis
 imponuntur, & de totā inillicatio-
 ne sua paratos se esse reddere ratio-
 nem Deo primū, deinde S. Do-
 mino nostro in ipsa sede sedēti. Et
 nihilominus cum proposita per i-
 psos Dominos procuratores Cæ-
 saricæ maiestatis longam contine-
 ant seriem uerborū, & nō possint
 omnia memoria retineri, dixit &
 obtulit, quod dabitur eis cōgruū
 & plenius responsum die Veneris
 proximè futura, hora cōgregatio-
 nis consueta: monēdo eosdem, ut
 ipso die & hora compareant, re-
 sponsum ipsum accepturi. Et nisi
 comparuerint, dixit et protestatus
 e est,

est, quod nihilominus responsum dabitur, & publicabitur mundo universo, repetens protestationem prædictam, et pro repetita haberi uolens. Quibus prolati, præfatus magnificus D. Fiscalis Cæsareus dixit, suo & collegæ nomine ea respondere, quæ tantum in protestatione sua dicta erant, de quibus publicum instrumentum seu publica instrumenta confici, & sibi reddi in autentica forma petijt, & requisiiuit. His peractis, omnes discesserunt hora tertiana noctis.

Super quibus omnib. & singulis supra scriptis, partes ante dictæ astantes, ut supra, rogauerunt nos Iulium Cipatam & Ioannem Salua notarios, adductos ad instantiam præfatorum magnificorum dominorum procuratorum Cæsareæ Maiestatis, & Dominos Claudium de la casa, ac Nicolaum Dziel, notarios pro parte dicti R. D. Cardinalis de Monte & aliorum Episcoporum

porū & Prælatorū adductos, ut de
præmissis omnib. instrumenta uel
instrumentū, publicū uel publica
conficeremus, ipsi partib. danda.

Acta fuerunt hæc in ciuitate
Bononiæ, die loco & anno qui-
bus supra, præsentibus ibidem D.
Francisco de Viuero, D. Ioâne de
Lignysamo, D. Ioâne de Fonseca,
D. Petro de Vargus, D. Garcia
Hernâder, Hispanis, testib. ad præ-
dicta omnia adhibitis pro parte
Doctorū magnificorū dominorū
procuratorū Cæs. Maiest. Nec nõ
D. Bartholomæo quondã Antonij
Grassiti Senēsi magnifico equite,
D. Hercule Mariscotto Bononiēs.
D. Ioanne de Modestis Ariminen-
si, D. Barthol. Foscaratio, notario
Bononiēs, et D. Alexãdro Garga-
nello Bononiēs, et testib. similiter ad-
hibitis ad prædicta omnia pro par-
te præfati reuerendis. & illustris.
D. Card. de Monte, & aliorū Epi-
scoporum & prælatorum, qui om-
nes

nes testes idonei ab omnibus partibus uocati fuerunt, & rogati, &c.

RESPONSVM PONTIFICIS
datum oratori Cæsareo ad protestationem.

Magnam superiori consistorio, Illustris. D. orator meo ris causam dedisti S. Domino nostro, & Sacro Cardinalium collegio, cum ex diplomatis illius urbis, quod mandatum appellabas, hoc in loco abs te prolati & recitati, facultatem tibi ipsi, sanctissimo Domino nostro & sacro collegio protestandi à Cæsarea Maestrate datam esse assereres, qua statim es usus. Magna idem mandatum postea diligentius expensum & examinatum lætitiâ eos ipsos affecit, quorum animos dolore ante afflixerat: cum nihil in eo reperi tum sit, quod tibi istâ facultatem, quâ tu tibi sumpseras, daret. Hac uerò duo cum explicauero, ac si mul

mul doloris & mœroris causas at-
 que rationes reddidero, scias tibi
 maxima ex parte ad ea omnia,
 quæ alicuius momēti uel dicta abs
 te prolixius, uel acta in superiori
 consistorio fuere, de quib. nunc re-
 spōsum expectas, esse responsum.
 Quæ enim protestatio illa tua com-
 plectebatur, licet responsione non
 indigerent, tamen silentio minimè
 præteribo. Hunc uerò ordinem in
 respondendo sequar, Sanctissimi
 domini nostri autoritati obtempe-
 rans, qui eum mihi præscripsit,
 cum mihi has partes tibi respon-
 dendî imposuit. Igitur ut à mœro-
 ris causa explicanda incipiam, ea
 quidem eiusmodi est, quam per
 te facile intelligere possis, præser-
 tim cum partē huius molestiæ tam
 in ipso protestandi munere fun-
 gendo, quàm graui onere portan-
 do, te ipsum sensisse minimè dubi-
 tandum est: eo autem maiorē, quo
 nihil magis studium tuū erga cla-
 rissi-

rissimam Cæsareę pietatis & reli-
 gionis famam, uel maior pietas er-
 ga Ecclesiam esse debebat: cui ex
 hacre non minimam perturbatio-
 nem impendere, ut quisq; pius ac
 prudens rerum æstimator meri-
 tõ suspicari potest. Hęc ergo est
 ipsa causa doloris, quã protestan-
 di asserta à te facultas, meritò utrif-
 que attulit. Quã si in te ipso, quod
 minimè credendum est, expertus
 non fuisses, in illis certè religio-
 sissimis, et principibus uiris, & no-
 mini Cæsaris addictissimis, qui te,
 cum iam ad protestandum accede-
 res, adierūt, multis lachrymis pre-
 ces mixtas & adhortatiões secum
 afferentes, ut te ab incepto prote-
 standi proposito abducerēt: hanc,
 qualis sit, potuisti facile agnosce-
 re. Illud uerò omnibus notū est,
 rem mali exempli esse, & ab ijs po-
 tissimū usurpatam, qui uel pror-
 sus ab obedientia discesserunt, uel
 in ea uacillare cœperunt. Quare si
 hęc

hæc maximæ perturbationis Ec-
 clesiæ signa certissima grauiter S.
 Domini N. animum commoue-
 runt, qui paterno amore semper
 Cæs. Maiest. est profecutus, & Ec-
 clesiæ paci, ut pastorem Ecclesiæ
 decet, semper studuit: nihil mirū.
 eo uerò grauiorem dolorē, & eius
 Sanctitati & sacro collegio, ac om-
 nibus qui pacem Ecclesiæ amant,
 incusserunt, quo minus hoc tem-
 pore aliquid eiusmodi expectaba-
 tur. Quid enim minus expectari
 poterat à Cæs. Maiest. quàm eo tē-
 pore, quo contra eos qui quo re-
 rebellionis nomen erga eius Ma-
 iestatem, maximè uerò erga Eccle-
 siam Rom. obtegerent, Protestan-
 tes se appellarunt, gloriosissimam
 uictoriā reportauit: id quod non
 tantum interueniente Sanctitate
 sua (ut tu Domine orator, nimis
 leuiter æstimans Sanctitatis suæ
 auxilia in hoc ipso bello Cæs. Ma-
 iestati missa, dixisti) sed ita prolixè

copijs & pecunijs adiuuante, ut ui-
 res patrimonij Ecclesiæ excesserit:
 omnia autem tempore ita oportu-
 no data, ut ipsa opportunitate au-
 xilia utcūq; magna beneficio & u-
 tilitate superarēt. Quid igit minus
 expectari potuit, q̄ ut adepta ui-
 ctoria, & adhuc recentī, tales fru-
 ctus pietatis & beneuolentiæ San-
 ctitatis eius Cæs. Maiest. redderet,
 ut finis illius belli, principiū prote-
 standi cōtra eā futurū esset? Cū ex-
 pectauit ut faceret uuas, & fecit la-
 bruscas, dicit Propheta in Dei per-
 sona ad populū suū, post multa be-
 neficia illis collata, cum eorū ingra-
 tū animū redargueret. Si uerò ipse
 Dei in terris uicarius, Cæs. Maiest.
 tanq; plantā nobilissimā, omni stu-
 dio iam inde ab initio pōtificatus
 semper colēs, ex qua sanctiss. et no-
 biliss. fructus ad pacem & concor-
 diam Ecclesiæ expectabantur: hac
 sua diligentī & assīdua cultura nō
 suaves pacis & concordiaē tanquā

uuae

uarū fructus, sed protestationis
 minimē decentis, & discordiarum
 acerbissimas quasi labruscas per-
 cipiat, cui magis conueniret mœ-
 renti animo dicere, Quid potui fa-
 cere uineæ meæ, & nō feci: & quæ
 sequunt. Hæc ergo fuerunt, quæ
 S. Domino N. & uniuerso huic sa-
 cro collegio mœrorē animi meri-
 tō attulerūt: cū tamē Domine ora-
 tor diplomatis mandati sui autori-
 tate & facultate fretus, nullis ratio-
 nib. quo minus à protestatione te
 abstineres, deduci te patereris.

Nunc igiŕ accipe, quo pacto idem
 mādatū diligētius examinatū, pri-
 mūm S. S. deinde reliquos omnes
 qui ob hanc causam dolore sunt af-
 fecti, omni dolore leuarit. Quod
 uno uerbo minimē à te expecta-
 to, dicere possum: hoc scilicet, ni-
 hil in mandati diplomate cōtineri,
 ne uerbū quidē, quod tibi faculta-
 tē præbeat sub ea forma uerborum
 contra S, S, & hoc sacrū collegium

protestandi, qua in tua protestatio-
 ne es usus, cum minimè honorifica
 S. suæ, tū Cæs. Maiest. parū digna.
 Dico uerò iterum atq; iterum, ut
 melius audias & intelligas, nul-
 lum scilicet uerbum esse in manda-
 ti diplomate, quod significat talem
 uoluntatem Cæsaris fuisse, ut eo
 modo cōtra Sanctis. Dominū no-
 strū protestareris, quo iam es pro-
 testatus: nullum, quod hanc tibi fa-
 cultatem daret. Tu enim, quasi fa-
 cultas tibi data esset contra Sancti-
 tatem suam, & sacrum collegium
 protestādi, sic ea usus es: huius ue-
 rò rei in mandato tuo nullam non
 modò expressā, sed ne leuiter qui-
 dem adumbratam uoluntatē Cæs.
 Maiest. habes: in hoc uerò expres-
 sam, contra legatos sanctitatis sue
 & praelatos Bononiæ existentes,
 quos translatione conciliij è Tri-
 dento Bononiam authores fuisse
 accusat: ac ut contra eos sui procu-
 ratores protestentur, mandat. Tu
 uerò

uerò cū audires contra illos à pro-
 curatoribus Cæsaris iam protesta-
 tum fuisse, quasi idem esset prote-
 stari coram Sanctitate sua & sacro
 hoc collegio, & contra eius Sancti-
 tatem & sacrum collegiū, eo mo-
 do protestandi es usus in hoc sa-
 cro loco, assertus hac in causa pro-
 curator, quo modo alij procurato-
 res Cæs. Ma. apud assertos, ut ap-
 pellas, legatos Sanctitatis suæ Bo-
 noniæ sunt usi: quam tibi faculta-
 tem, ut dixi, nō competere, ex te-
 nore & data mandati planè con-
 stat. Præcipua enim quæ tu prote-
 stando objicis, aliquot mensium
 spacio, postquam mandatum fa-
 ctū fuerat, acciderunt: ita ut in illo
 S. Maiest. cōplecti ea, quæ necdū
 contigerant, nulla ratione potue-
 rit. Sed quā melius hoc intelligi
 potest, quā ex ipsius mādati uer-
 bis? Recitabo igit̃ bona fide, quæ
 tu bona fide scripta esse dixisti,
 cū descriptum exemplar mandati
 mihi

mihī traderes. RECITETVR MANDATVM. Carolus quintus, &c.

Intellexisti nunc tandem D. orator, quod antè non animaduertisti, in uerbis mandati? Si enim abs te animaduersum fuisset, non tā longè extra fines mādati fuisses progressus. Sed nunc admonitus, an nō animaduertis, quo pacto, cū de legatis Bononiæ & de protestatione mandatū loquitur, hanc uoluntatem Cæsaris fuisset, satis apertis uerbis declarat, ut contra eos protestareris, cū de Sanctitate sua & sacro collegio nullo in loco dicat contrā, sed semper coram S. S. & sacro collegio contra ipsos legatos: ex quo super his Maiest. S. iudicium à Sanctitate sua, quæ legitimus et unicus iudex huius negocij est, reposcere censenda est.

Nunc ergo ex his uides, quod uideamus omnes, & libenter prædicamus, legitimos fines modestissimi Principis, Cæsarem suo manda
to

to non egressum: qui si se offensum
 existimabat, à legatis Sanctitatis
 suæ, & ab illis prælatis nihil à iusti-
 tia alienum fecisse uidebatur, si cō-
 tra illos coram Sanctissimo D. N.
 & sacro hoc collegio protestaret.
 necq; extra hos terminos diploma
 illud, quod mandatum appellas,
 quoquam progreditur. Quod si
 S. S. huius causæ cognitionem su-
 scipere recusasset, tunc demum, si
 unquam, protestationi contra S. S.
 locus aliquis & tempus fuisset. Tu
 uerò non modò hoc tempus non
 expectasti (quod certè si futurum
 fuisset, expectare debuisses, si uel
 speciem aliquam iustitiæ tuā pro-
 testationem habere uoluisses) sed
 nec tale iudicium unquā postula-
 sti: si quod uerò postulasti, quod
 ad iudicium huius causæ attinet,
 hæc summa tuæ protestatiōis fuit,
 ut legatos ipsos, unā cum maxima
 parte ipsorum prælatorū, indicta
 causa S. S. cōdemnaret, Quid enim
 aliud

aliud reuera petis, quando à Sanctitate sua postulas, ut decretum illud concilij, quod statuit translationem eiusdem concilij è Tridento Bononiam, quod illi ut necessario & salutariter, sic & iustissimis modis factum asserunt, rescindere & abrogare tanquam iniustum, & factione potius quam iure factum, si ne ulla ulteriore causæ cognitione postulas: & ut multo maximam partem praelatorum unam cum legatis minimam partem, quæ Tridenti manserat, cedere cogat: quo quid magis omnem authoritatem ipsi concilio, non modò in præteritis actis, sed etiam in futuris adimere possit, præsertim cum nullam æquitatis formam, nullam iuris, id iudicium habiturum esset, non uideo.

Quanto æquius fuisset, ut pauciores illi, qui Tridenti remanserunt, si quid à maiori parte minus iusto factum fuisset in hac translatione cognouissent, eius Sanctitati suas

suas uel excusationes uel quere-
 las porrigerent: quas quidem eius
 Sanctitas nunquā sanē recusasset
 accipere, quemadmodū neq; nūc
 recusat. Imō quoniam Cæs. Ma-
 iest. mādati uerba huc spectant &
 prouocant, quemadmodum iustif-
 simum & religiosissimum princi-
 pem decet, Sanctitas eius huius
 causæ cognitionem & controuer-
 siam de iure translationis eiusdem
 ueteri & perpetuo more & iure
 Rom. Pontific. ad se reuocat Quā
 ta uerò æquitate hoc faciat, & fa-
 cturus sit, paulo pōst explicabo.

Nunc ut concludā hunc locum
 gratulationis & gaudiū, ex his que
 iam diximus, uides Domine ora-
 tor, quantam causam habet & San-
 ctitas eius & sacrum hoc collegiū,
 ac omnes pij: tu ipse deniq; Princi-
 pis tui causa, Ecclesiæ gratulandi,
 ereptæ ex tanto timore, quantum
 asserta protestatio tanti Principis
 tali tempore meritò incutere po-
 tuisset,

tuiſſet. Qua in re diuinae bonitati
 maximae ſunt agēdae gratiae, quod
 cum ſeditioſa conſilia non deſe-
 ſent, quae Caef. Maieſt. huc impel-
 lerent: tamen Dei tutela in eā tan-
 ta extitit, non modò ut non permi-
 ſerit eum aliquid eiufmodi in ſuis
 ſcriptis complecti, quod Eccleſiae
 perturbationem afferre poſſit, ſed
 contra ueram & legitimam uiam
 aperuerit ad ipſam pacem Eccle-
 ſiae, & concilij ipſius concordiam fir-
 mandam. Principis igitur tui cau-
 ſa habes Domine orator, quod
 gaudeas: tua uerò, quantum uel
 gaudendum uel dolendum tibi ſit,
 tuo iudicio perpendendum relin-
 quitur.

Atque haec quidem haecenus di-
 cta ſunt, cum eiufmodi ſint, quae
 fundamenta tuorum dictorum &
 actorum in ſuperiori conſiſtorio
 tollant. liſdem ſane Sanctitas eius
 omnem ſuam reſponſionem cōclu-
 dere poſſet, nec quicquam prae-
 rea

rea ad protestationem tuam, quæ
 nulla est, nullam uim habet, nullo
 iure consistit, respondere. Verùm
 quia fieri possit, si quæ abs te sunt
 dicta, silentio præterirentur, ut su-
 spicionē ea res alicuius uerē obie-
 cti criminis (ea uerò plura obiecti-
 sti) ignaris rerū afferre possit, idq̃
 cum detrimento salutis animarum
 eorum qui illis fidem essent habi-
 turus. Ideo Sanctitas eius omnium
 salutem consulere uolēs, & falsos ru-
 mores sparsos, quantū fieri potest,
 ex omniū animis depellere, me eti-
 am iussit, ut ad obiecta tua in asser-
 ta illa tua protestatiōe responderē,
 ea quæ nunc es à me auditurus: si
 primū quò spectat hæc tota pro-
 testatio, quæ fidē sibi proponat edi-
 xero. Scopū uerò eū esse uideo,
 ut negligentē in rebus Ecclesiæ S.
 S. tergiversantē ac moras afferen-
 tē, ne concilia ritē celebrentur, o-
 stendat. Contrà autem, uigilantem
 & diligentem ipsam Cæs. Maiest.

f

cum

Cum igitur hunc scopū tibi tra-
 protestatio proposuerit, argumen-
 ta omnia, quibus uiam ad hanc cō-
 clusionem firmandam munire tibi
 contendis, eius quidem generis
 sunt, quæ maximè Cæs. Maieſt. pie-
 tatem & studium erga Ecclesiam
 declarare uidentur: præcipuè uerò
 in procuratione celebrationis con-
 ciliij generalis, quod præcipuum re-
 medium rebus Ecclesie afflictis &
 perturbatis semper est iudicatum.
 Quæ omnia si abs te hoc animo
 prolata fuissent, ut Cæsaris pieta-
 tem testatiorem redderes, non o-
 pus esset hic alia responsione, præ-
 ter gratulationem apud ipsam Ec-
 clesiam: & gratiarum actionem a-
 pud diuinam bonitatem, quæ tali
 animo præditū Imperatorē Eccle-
 sia dederit. nec enim S. Sanctitas
 Cæsaris uirtutes obscurare cupit,
 ut suæ illustrentur, quod esset inui-
 rare potest, pro quibus unā cū Ec-
 clesia

clesia preces toties fundit. Sed quomodo
 nã tu in hac tua asserta protestati-
 one quo magis Cæsaris uirtutes il-
 lustras, hoc magis obscuriora eius
 sanctitatis studia & eiusdem negli-
 gentiam in rebus Ecclesiæ testatio-
 nem reddere existimasti: ideo huic
 parti, quæ prima pars est protesta-
 tionis tuæ, in qua Cæsaris studiũ
 extollis in procurandis rebus Ec-
 clesiæ, maximè autem frequenti
 postulatione concilij generalis, pri-
 mum apud beatissimæ memoriæ
 Pontifices Leonem & Clemētem,
 tandem apud S. Sanctitatem: sic re-
 spōdet S. Sanctitas: Si Cæsaris ani-
 mus hic fuit, si hoc eius desiderium,
 ut generale concilium celebretur,
 commune quidẽ hoc desiderium
 fuisse suæ Sanctitati cum illius Ma-
 iestate. Sic uerò commune, ut San-
 ctitatis eius uoluntas hac in re,
 quemadmodum est illo ætate, sic
 tempore etiam antiquior. quam e-
 andem fuisse etiam ante Pontifi-
 catum

catum adeptū, sic declaravit, ut nul-
 lus ex hoc S. collegio frequenti-
 bus egerit: idēq; testimonio ipsius
 S. collegij, præsertim eorum qui
 tum in Cardinalium numero ad-
 scripti fuere. Nec uerò inanē hanc
 eius uoluntatem fuisse, sed sice-
 ram & stabilem, factus Pontifex
 statim declaravit: cum nulla de re
 potius apud Principes, quam de
 celebratione cōciliij egerit. Simul-
 ac autem ei uel minima occasio
 eius celebrandi fuit oblata, id indi-
 xit primū quidem Mantuæ, ut
 tu Domine orator rectē quidem
 commemoras: deinde Vincentiæ.
 Quibus in locis si res ex uolunta-
 te sanctitatis suę non successit, qđ
 Mantuæ ferē nulli, Vincentię pau-
 ci prælati conuenerant: tamen non
 defuit cura & studium suę sancti-
 tatis, quæ Vincentiæ suos legatos
 sex mensium spacio expectare E-
 piscopos fecit, quos p̄ literas suas
 ad

ad omnes prouincias directas, ad conciliū inuitauerat: & simul nuncios ad Principes dimiserat, ut bona eorū pace liceret Episcopis ex quauis prouincia, qui conuocati erant, uenire. Quod si Mantuæ ac Vincentiæ nulla frequentia Episcoporum fuerit: non ob eam quidem causam id accidit, quā tu Domine orator affers, cum dicis, illas ciuitates minimè aptas fuisse, quò diuersarum prouinciarum homines conuenirent: qui solam Tridentinam nunc aptam esse contendis. Præsertim cum hoc constet etiam, ut satis opportuna sit Tridentina ciuitas: tamen commoditate loci & abundantia omnium rerū, quæ celebrationi concilij sunt necessaria, has urbes Tridentinā longè superare. Sed aliæ causæ fuerunt, maximè uerò ipsa bella inter principes Christianos, quæ hoc sanctum studium celebrandi concilium nusquā ulla causa penè so-

la impediuit. Hic uerò magis e-
 minere Sanctitatis suæ studium ce-
 lebrandi conciliū, Cæsaris studio,
 est necesse: quòd Cæsar, siue inui-
 tus id fecerit, siue quacuncq; causa
 adductus & tractus ad bella, quæ
 gessit, maxima impedimenta inter
 posuisse celebrationi concilij ne-
 mo negare potest. Quæ hanc tamē
 maiorem occasionem eius sanctita-
 ti, declarandæ suæ piæ uoluntatis
 dedere, quòd assiduus suasor pa-
 cis semper fuerit, bellū ipse nun-
 quam gesserit: quòd uel minimum
 impedimentum concilij celebra-
 tioni dare potuerit, nulli parti plus
 quàm alteri adheferit: nulli princi-
 pi se socium belli adiunxerit, præ-
 terquam ipsi Cæsari, eo in bello,
 quod uidebatur maximè uiam mu-
 nire celebrando concilio: & ut tu
 Domine orator rectè dixisti, ut q̄
 ratione suaderi sibi non permitte-
 rēt, ut sacris concilijs obedirent, ui-
 cogerentur, Verùm ne singulare.

censeantur, quod esset nimis lon-
 gum: & ut omnis actionum com-
 paratio tollatur, quā Sanctitas sua
 fieri non uult, præsertim hac in re,
 in qua de pietatis laude fit conten-
 tio (quæ qualiscumq; sit, tota tribu-
 enda Deo est) sed ut concludatur
 hic locus de studio suæ sanctitatis,
 de laboribus, de impensis pro cele-
 bratione concilij, in cuius comme-
 morationē tu Domine orator san-
 ctitatem suam compulisti: sic bre-
 uis à me expediet tota hæc oratio: si
 tu Domine orator apud animum
 tuum paulo diligentius recensere
 uolueris, singulorum annorum ac-
 ta pontificatus Sanctitatis suæ,
 quæ publicè omnibus sunt nota.
 Quod si feceris, eius piam uolun-
 tatem statim clarissimè in nuncijs
 & legatis agnosces: quos singulis
 ferè annis cum ijs mandatis præci-
 puè ad diuersas prouincias mise-
 rit, ut quoties ab armis cessatū es-
 set, & interualla bellorum spè ali-
 f 4 7 quam

quam alicuius opportunitatis celebrandi concilij darent, de hoc cū ijs principibus agerent, quorū auctoritate & opera concilia indigeresolent, cum bella flagrarent, de pace, cuius tamē finis & fructus esset ipsa concilij celebratio. Qua in re ita fuit ardens animo Sancti iros eius, ut nec itinerum longitudine, nec incommodis deterreri potuerit: licet annis admodum grauis, quo minus eiusmodi legatione, idq; non semel apud Principes discordes, per se obire uellet pro ipsa Ecclesia, ut ei simul cū pace concilium generale redderet. Hos certe annos, si paululum tecum consideraueris, uidebis uniuersum eius Pontificatum in his duobus sanctissimis negocijs esse consumptū. Neq; tu quicquam horum negas. Quia nihil accusas, antequam uentum sit ad Tridentinū concilium: neq; etiam quicquam hic obijcis, antequā uenias ad translationem:

acne in ea quidem aliquid accusas. Fateris enim, inscia Sanctitate sua, id factū fuisse: & ob eam causam legatos accusas, quòd inconsulta sanctitate sua id fecerint. In hoc tantum factum sanctitatis suæ improbas, quod quibusdam literis, in quibus prelatum, qui Tridento Bononiam unā cum legatis concilij se contulerant, mentionem faciens, concilij Bononiensis nomine illorum congregatiōnem appellat, in graue (ut tu dicis) preiudicium illorum prelatorū, qui Tridenti remanserunt. Si uerò hoc preiudicium concilij appellatione attulisse illis affirmas, an non idem preiudiciū est, quod Cæsar ipse suis in literis attulit, quod tu ipse Domine orator, quod reuerendiss. Tridentinus, cum uerba literarum Cæsaris sequentes postularetis, ut sua Sanctitas concilium Tridentinum reuocaret, reuerti faceret, reduceret? Quod fieri quidem non posset, si nusquam nisi Tridenti concilium esset. Quare

cum de congregatione Bononię cō-
 stet Imperatorē intellexisse, conciliū
 eam congregationem illum quoq;
 appellasse non est dubium. Cur er-
 go hic non idem est prejudicium? an
 quòd summi Pontificis uerbū, qui
 legitimus est iudex, uim sentētię ha-
 bere uideatur? In hoc sanctitatē eius
 accusas, quòd præpropere iudicio
 anteuertere iudicis sententiam, cau-
 sam eorum qui Tridenti remanse-
 runt, damnauit, cōgregationem Bo-
 noniensem concilium appellans?

Ausculata ergo, & intellige Domi-
 ne orator, qui rectē hac in causā suā
 Sanctitatem iudicē cognoscis, ne la-
 tum quidem unguem eam ab offi-
 cio iudicis discessisse, nullumq; præ-
 iudicium alteri parti attulisse, etiā si
 concilium conuentum Bononien-
 sem appellet: quia donec causa co-
 gnoscatur, liberum est iudici, com-
 muni uocabulo, quo omnes utun-
 tur, uti. Omnes uerò ita uulgò & lo-
 quuntur & scribunt, concilium esse
 transla,

translatum Tridento Bononiam,
 et illic nunc esse: imò Sanctitas sua,
 donec aliter sibi per cōtrarias proba-
 tiones constiterit, cum uideant mul-
 to maximam partem Episcoporum
 unà cum legatis S. Apostolicæ Bo-
 noniam causa transferendi concilij
 se contulisse, aliter, si iusti iudicis par-
 tes sequi uelit, dicere aut appellare
 non potest. Nec enim minor pars in
 re dubia, quod tu in tua protestatio-
 ne asseris, sed maior, sanior haberi de-
 bet. Non igitur alia appellatiōe ma-
 ioris patris Episcoporum se ex Tri-
 dento Bononiam transferentis uti
 potuit, præsertim cum sciat concilio
 potestatem datā esse seipsum transfe-
 rendi: an uerò legitimis modis transf-
 latum fuerit, quoniam in eo est con-
 trouersia: hoc iudicium sua sanctitas
 prout ad se delatum est, sibi conser-
 uat: concilij tamen appellationem
 nō aufert, donec, ut dixi, alterius par-
 tis probationibus error & iniustitia
 modi transferendi ostendatur.

Sed

Sed transeamus ad reliqua, quæ
 apertis uerbis obiicit S. S. Adiungis
 autem nescio quid in illa tua quere-
 la, iniuste (ut dicis) translationis con-
 cilij: quod non tam ad prælatos illos
 pertinet, qui authores eius rei fue-
 runt, quàm ad eius sanctitatē in eadem
 causa, & ut dicis, crimine inuoluen-
 dam: cū dicis, prælatos quosdam ob-
 noxios et addictos nomini Sanctita-
 tis suæ hoc fecisse. Quid uerò tu Do-
 mine orator: an ut hoc accusas, quod
 sunt addicti; sic illos laudas, qui Tri-
 denti manserunt, quòd nomini Pon-
 tificio non sunt addicti? At uides,
 quale periculum inde timeri pote-
 rit. Nec enim schisma ex alia re na-
 sci solet, quàm ex eis prælati, qui no-
 mini Pontificis Rom. minus sunt ad-
 dicti. Si uerò addictos intelligis fa-
 ctiosos quosdā, qui partes Sanctita-
 tis suæ iure uel iniuria defendere ue-
 lint: tales quidam sua Sanctitas nul-
 los cognoscit, quia partes suas nul-
 las proprias agnoscit, præter eas quæ
 sunt

Nota.

sunt patris erga filios, & pastoris erga gregem: nec uerò accidit adhuc in concilio ulla talis controuersia, ut eiusmodi addictis opus esset: tantū deniq; sua Sanctitas sibi addictos episcopos esse cupit, quantū suæ conscientiae & libertati, cuius præcipuè semp in concilio habita est ratio, addicti esse uelint. Necq; uerò quicq; fuit quod sua Sanctitas legatis suis discedentibus maiori cura commendarit, quàm ut uiderēt, ne patribus in concilio ullā occasionē de adempta sibi libertate sententiarum dicendarum conquerendi præberent.

Sed transeamus nunc ad reliqua, quæ apertis uerbis obijcis S.S. Ad illud uerò in primis, in q̄ insistis maximè, quòd S.S. nullis nec Cæsaris, nec Serenissimi regis Roma. hortationibus, nullis deniq; aliorum principum Germaniæ uel hortationibus uel precibus sibi persuaderi patiantur, ut concilium reuertatur Tridentinum. Ex quo argumentaris, minimè curæ

curæ esse Sanctitati suæ res Germano-
 norum, eorū salutē pro nihilo apud
 eam haberi: præsertim cum Maiest.
 eius studio & cura tantum effectum
 sit, ut si concilium redeat Tridētum,
 ij statim Tridentinæ Synodi decre-
 ta sint suscepturi, qui iam pridem ab
 Ecclesię obedientia discesserunt: hic
 quidē sua Sanctitas hoc primū re-
 spondet, nunquā se præcise negasse
 reditum concilij Tridentum, modō
 id debitis modis fiat: illiq; provin-
 cię sic utiliter, & sine scandalo alia-
 rum prouinciarum prouideri possit,
 id quod sep̄ à Sanctitatis eius lega-
 tis est affirmatum. sed ne facile hoc
 credat, experientia superiorum an-
 norum satis admonetur: quæ hac ra-
 tione adducta, quod salutarē Ger-
 manix populis indictionem concilij
 Tridenti futuram speraret, iam
 bis eodem in loco concilium uoca-
 uit, bis legatos misit. quod satis o-
 stendit, Sanctitati suę non minimē,
 sed maximē curæ esse res Germano-
 rum.

tum. Sed cum legati eius Sanctita-
 tis in prima indictione 7. menses inte-
 gros expectassent aduentum Ger-
 manorum, & aliarum prouinciarū
 Episcopos, quā pauci uenerint, q̄
 nulli potius, quis te melius nouerit
 Domine orator? qui unā cum illū-
 stri Domino Granuella, & Reuerē-
 dis. Domino Episcopo Atrebatēf.
 tertius orator Cæs. Maiest. eō accef-
 sisti: cum legati tamē eo in loco ad-
 essent, reuerendiss. Cardinales Pari-
 sius Moronus et Polus, quorū patiē-
 tiā in expectando ipse optimus te-
 stis esse potes. eo autem locupletius
 testimonium hac in re dare, quōd in-
 uitati tu et collegę tui à legatis, ut eā-
 dem imitaremini, ut saltem uel unus
 uestrūm maneret Tridenti, quia ue-
 strum exemplum multos facile inui-
 tare posset, ut ueniret: uos ipsos ex-
 cufastis, q̄ id minimē facere posse-
 tis. & cum pauculos dies illic fuisse-
 tis, tandē discessistis. Sequutū est po-
 stea eodē in loco, maturiori tēpore,
 ut

96
ut est existimatū, indictū à S. D. N.
cōcilium, missis eodē legatis reuerē
dis. de Monte, S. Crucis, & eodē Po
stri Domīno Francisco de Toledo
Cæs. Maiest. iterū oratore uenisses.
Quanta uerò, & quā longa expe
ctatio legatorum fuerit, cum tu eo
rum patientiæ particeps esses, nihil
attinet apud te cōmemorare: sed me
minisse potes, quot mēses penē fru
stra consumpti sint, ante quam prin
cipium conciliij dari poterat. Post ue
rò, cum iam per Dei gratiam, & soli
citudinem S. D. N. & legatorum suo
rū, conciliū inchoaretur, & iam præ
claros progressus fecisset, multa præ
clara cum de fide, tū de morū refor
matione decreta edidisset, omniacū
abundē adessent concilio, quæ Ger
manos, ut eò uenirent, inuitare pos
sent: tu uidisti, quā pauci accesser
int: ex illis quidem qui medicina cō
ciliij maxime indigebant, nulli. Ex
Episcoporū numero, etsi aliqui in
uenti

uenti sunt, saltem qui procuratores
 suos miserint: tamē quod attinet ad
 ad id remedium, quod ex concilio
 Tridenti celebrando, salutis Ger-
 manorum causa, sperari potuit, ne
 minima quidē ex parte ea signa uo-
 luntatis in recipienda medicina sa-
 lutis ostendebant, quæ studio curæ
 & sollicitudini S. D. N. in ea porrigē-
 da responderent: imò in ipso studio
 in diligentia accedēdi ad conciliū,
 ipsa Germanica natio licet propin-
 quior, passa est se uinci ab alijs natio-
 nib. ab alijs Episcopis, qui satis ma-
 gno numero uenerunt: ex Hispanis,
 Gallis, Italia, & remotiorib. provin-
 cijs, quibus ciuitas Tridentina non
 erat ita commoda. at alia nūc tempo-
 ra sunt: aucta nūc est magis authori-
 tas Cæsaris, qui in se recipit, Germa-
 nos, si concilium redeat Tridētum,
 omnes ad obedientiam redituros.
 Hoc enim se effecturum Cæsar, cæ-
 teriq; Principes & status Germa-
 niæ pollicentur. Tu uerò Domine
 g orator,

orator, tecum considera, si Germani
 hanc uoluntatem habent, cur non sim-
 pliciter se concilio submiserunt?
 Quanquam non hoc propterea dictum
 est, quasi multum laboret sua Sancti-
 tas, Bononie'ne an alio loco perficia-
 tur concilium, modo publice & com-
 munis Ecclesiae utilitatis ratio habea-
 tur. Tu uero Domine orator ita uim
 loci & urbis Tridentini in hac causa
 uerbis exaggeras, ita necessariam esse
 illam ciuitatem affirmas, quod redeat con-
 ciliu: ut nisi in eo loco, ubi inceptum
 est, illuc quoque conciliu finiatur, a se
 esse de salute populorum Germaniae
 asseras. Quare culpam hanc suae San-
 ctitati tribuere uis, nisi eius autorita-
 te eò rursus redeat conciliu. Conside-
 ra quæso, quæ dicis de hac necessita-
 te cogendi concilij, eo uno in loco quo
 uideris idem facere in re concilij atque
 factum est diuina prouidentia statum
 ente in ueteri populo, cum nondum
 spiritus esset datus, ut uno tantu in
 loco, in una tantu ciuitate Hierosoly-
 mitana

mitana sacrificare possent. Cur enim concilij uniuersalis uim, in quo spiritus S. presidet, ad unius ciuitatis multos cogis, in quo de Germanorum salute agatur: an non eandem seruitutē in celebrandis concilijs pro salute populi Germaniē introducis, quę erat populi Iudæorum in sacrificijs, qui nusq̃ salutare hostias præterq̃ Hierosolymis offerre poterant: Nūc enim, qui certū locū præscribere uelint cōcilijs, de cuiuscunq̃ populi salute agatur, quasi nusquam pro illis quicquam salutare decerni possit, nisi eo in certo loco. uim quidē & iniuriam facit spiritui Sancto, & illi ex cuius merito, & per cuius misericordiam per orbem uniuersum est diffusus. Vide uerò, si hæc ratio ualeret, qua sola niti uideris, cum contendis, concilium necessariò Tridentum reduci oportere: hoc scilicet, quia Germani illis morbis laborant, qui per concilium necessariò sanari debeant. Quid ergo, si Daci,

si Bohemi, si Gotthi, si Angli eisdem morbis laborāt, an singulis generale concilium domi suæ dabitur? Nec uerò, quando de commoditate loci agitur, in celebrationibus conciliorū, eorū ratio habetur, qui retenturi sunt decreta conciliorū: sed eorum, qui facturi sunt decreta conciliorum: qui sunt ipsi Episcopi, qui præfunt in concilijs, quorum commoditati ea re maximè consulitur: nec ita spectatur unius nationis hæc in re commoditas. Quot enim concilia nominari possunt, ad extirpandas unius prouinciæ hæreses, in alia indicta, & celebrata: quæ non minus erant utilia illi prouinciæ, in qua natae sunt hæreses, quàm si in ipsa celebrata fuissent? Denicq; quàm iniquū hoc uideat, ut lege uel decreto factò à Germanis de loco certo unius urbis statuendo pro concilio, ipsi cæteris libertatem, & eius eligendi loci auferre, & sibi uendicare uelint?

Hæc uerò nunc sint dicta, ut intelligas,

ligas, cum de concilio celebrando
 conueniat, nullam esse causam, cur
 tam pertinaciter de uno certo loco
 contēdi debeat, ut necesse sit ad tam
 extrema remedia, qualia sunt hęc ge-
 nera protestationum, uenire, quib-
 tu nunc apud S. D. N. apud quem
 minimē oportuit, es usus. Quorum
 capita in fine tuæ prolixæ orationis
 colligis: ad quæ nunc respondebo,
 sed mutato ordine, ut ad primum ca-
 put, in quo contra illos qui concili-
 um Tridento Bononiã transtule-
 rant, protestaris, eorū factum ut ali-
 enum à legibus & moribus Ecclesię
 & conciliorum accusans, ultimo lo-
 co respondeam. Tametsi in his quæ
 superius à me dicta sunt, quæ iustē
 & legitimē dici possunt à S. S. iam
 intellexisti. Illud autem in primis,
 quòd si sua Sanctitas uerbo appro-
 bare uisa est illam translationem cō-
 ciliij, sequens maioris partis senten-
 tiam, cum nondum talis controuer-
 sia exorta esset: ut pro ea dijudican-

da, iudicis personam sumere esset ne-
 cesse: tamen nunc in eo nō persistit,
 re iam uocata ad iudicium. Sed in
 fine distinctius declarabitur, quid
 in hac re sua Sanctitas respondere
 statuerit. Nunc quòd in secundo
 capite totam protestationem cōuer-
 tis contra Sanctitatē suam, obijciens
 eius responsionem ad Cæs. Maiest.
 illegitimam præsentī negotio, & ne-
 cessitati ineptam, & inconuenien-
 tem, fūco & figmentis plenam, ac
 prorsus delusoriam fuisse & esse, nul-
 loq; iure, nulla ratione subsistere, hic
 enim tua uerba repeto, quæ utinam
 aut modestiora fuissent, aut saltem e-
 iusmodi, ut non in genere tantū di-
 cta, sed aliquibus probationibus ni-
 xus distinctius ostēdisse, qua in re,
 quo in capite (nam plura contine-
 bat) respōsio suæ Sanctitatis illa pec-
 caret. sic enim distinctius posset tibi
 responderi. Nunc cum in genere
 dicas, etiam in genere erit respōden-
 dum: rem contrā se habere, atq; tu
 affirmas:

affirmas: esse scilicet legitimam, & pro tempore & causa opportunam, ac ab omni furo alienam eius respō- sionē. Vel si quid distinctius respon- deri debeat, suspicari oportebit, qui- bus rebus maximē offendaris. Si ue- ro his quę præcipua capita sunt, quę postulant, ut rata ac firma ea decreta habeantur, quæ iam tractata sunt, quæ petunt ea quæ ad securitatem loci pertinent, præstandā, quæ ad li- bertatem eorum qui uēturi sunt ad concilium, ut tutus sit eorum itus & reditus: quæ petunt, ut is ordo reti- neatur in concilijs, qui iam inde ab Apostolorum temporibus per san- ctam Romanā & uniuersalē Eccle- siam fuerit obseruatus: quæ postulāt rei frumentariæ & commeatus rati- ones explicari, antequam Tridentū redeatur: hæc omnia consueta sunt postulari in concilijs omnib. ac non tam legibus Pontificum quàm ipso- rum Cæsarū firmata. Quare quid ex his magis te offēdat, quod iniustitię

speciem præferat, cum tu nihil explices, difficile est diuinare: utcumque sit, ex his satis ad hoc caput responsum erit. Restant duo alia, in quorum priori protestaris, omnia damna, tumultus & pericula, quæ in rem publ. Christianam sunt euentura, Sanctitati suæ Maiestatem Cæsarcæ attributuram: in altero, suam Maiestatem non defuturam Ecclesiæ: sed in omnibus in quibus negligens in inuenietur sua S. in eisdem eandem Cæs. Maiest. protectionē Ecclesiæ suscepturam. Ad quæ duo capita, sua Sanctitas sic simul respōdet: Se, quatenus humanā imbecillitatē per diuinā gratiam uincere possit, non commissuram, ut iure negligens in rebus Ecclesiæ haberi possit. Sin ita contigerit (septies enim in die cadit iustus) se eo minus dolere posse, si eius negligētia Cæsaris uigilantiam acueret, ut necessitatib. Ecclesiæ subueniat: modò ita eius curam suscipiat, quemadmodum tu Maiestati

stati suæ in hac asserta protestatione
 præscribis, cum dicis, quatenus ius
 patitur, & legibus sanctissimorum-
 que patrum institutis, & orbis con-
 sensu hoc decretū atq; obseruatum
 fuerit. Quem morem & modum, si
 Cæsar sibi obseruandum animo pro-
 posuerit, tum Sanctitatem suam in
 optimā spem uenire, facile per Dei
 gratiā, omnia ea mala, quæ hæc pro-
 testatio minatur, depelli posse: nihil
 autem in posterum opus fore prote-
 stationibus. Nec enim unquā talem
 suam negligentiam futuram sperat,
 quin si Cæsar hanc diligentiam præ-
 stet, quam hæc protestatio pollice-
 tur, uterq; suo officio fungens, Ec-
 clesiæ utilitatibus ad Dei honorem,
 cuius in diuerso munere ambo sunt
 ministri, cum pace & tranquillitate
 populī Christiani seruire possit.

Reliquum nunc solum est, ut ad il-
 lud caput tuæ protestationis respon-
 deatur: quod tu solum, Domine ora-
 tor, si attulisses, exactius formā man-

dati tui secutus fuisses: nec tantam
 materiam sermonis cum multorum
 scandalo dedisses, quantum uel fal-
 sum rumorem protestationis huius
 multorum animis attulisse est ueri-
 simile. Quin igitur tu procuratorio
 nomine, S. Maiest. protestationē cō-
 tra legatos & alios praelatos Bono-
 nię sub nomine concilij cōgregatos
 & congregandos, coram S. Sancti-
 tas & his uenerabilib. fratribus suis
 interposuisti? Ad quod tantum faci-
 endum & proponendum Maiestas
 sua te procuratorem & mandatariū
 fecit, constituit & deputauit, Sancti-
 tas sua, habita super his cum eisdem
 uenerabilibus fratribus suis sancta
 Rom. Eccles. Cardinalibus matura
 deliberatione de ipsorum concilio
 & unanīmi assensu, protestationem
 huiusmodi admittit, si & in quan-
 tum de iure admittenda ueniat, &
 non aliās aliter, nec alio modo. Non
 intendens propterea, per huiusmo-
 di admisionem concilio, aut præfa-
 tis

tis legatis & praelatis, seu alijs quibuscunq; quorū interest, aut interesse potest, uel poterit quomodolibet in futurum, in aliquo praeiudicare: nec eis iacturam aut ullum praeiudicium inferre, sed eorū ius, si quod illis iure priuilegio uel consuetudine qualitercunq; competat, saluū, integrum & illesum praeseruari: neq; ex hoc S. Maieſt. aut quibuscunq; personis, regnis & dominijs suis protestationi huiusmodi adhaerentib. seu adherere uolentibus, actionem uel exceptionem, seu ius aliquod de nouo acquiri, & nihilominus, cum in dicta protestatione translationē concilij ex Tridēto ad Bononiā ciuitatē factā, nullā & inualidā, & iniustam, nulliusq; momenti & effectus fuisse corā beatitudine sua & eisdē uenerabilib. fratrib. suis proponat, & quāplures quidē causę & rationes ad id allegētur & deducant, quia probationem causęq; cognitionē requirāt: uolens S. S. prout ad suum incumbit officium,

officium, conquestionem coram eo
 propositam huiusmodi cognoscere,
 illamq; ad uniuersalis Ecclesie uni-
 tate, pacem, & coniunctione mem-
 brorum ad unum caput, Christum
 uidelicet, conseruandum, ad diuisi-
 onem ouilis sue Sanctitati ex alto
 commissi: & illud schisma, per quod
 ipsa Ecclesia scindi & scandalizari,
 grexq; Dominicus sibi creditus tur-
 bari potuit, prohibendum, nec non
 scandalis & damnis, quæ exinde e-
 uenire possent, occurrendum con-
 cordia uel iure, aut aliter sine debito
 quam celerrime poterit decidere &
 determinare. Igitur de eodem consi-
 lio & assensu, tam ex officio, quam
 per uiam querelæ, & instantiam om-
 nium & singulorum, quorum inter-
 est, ac aliàs omni meliori modo, for-
 ma, uia, iure & causa, quibus melius
 & efficacius potest, etiam de Apo-
 stolicæ sedis in personam beatissi-
 mi Petri concessæ potestatis plenu-
 dine, causam & causas nullitatis, in-
 ualidi

ualiditatis & iniustitiæ translatio-
 nis huiusmodi, & processuum omni-
 um desuper habitorum, & exinde se-
 quutorum quorumcunq;, ad se assu-
 mit: & illam & illas cum dependen-
 tibus, emergentibus, annexis & con-
 nexis, etiam summarie, simpliciter et
 de plano, ac sine strepitu ac figura iu-
 dicij, solaq; facti ueritate inspecta,
 audiendas, & in sacro consistorio re-
 ferendas, Reuerendissimis D. Pari-
 sienti, Burgen. Polo & Crescentio,
 S. Rom. Eccl. Cardinalibus commit-
 tit & mandat, cum potestate citan-
 di, & inhibendi etiam per publicum
 edictũ, constituto summarie et extra
 iudicialiter de non tuto accessu: ac
 omnia alia & singula quæ in præ-
 missis necessaria fuerint, seu quomo-
 dolibet opportuna & necessaria, fa-
 ciendi, gerendi & exequendi. inhi-
 bens propterea in uirtute sanctæ o-
 bedientiæ, ac sub excommunicatio-
 nis, anathematis & maledictionis
 æternæ, & dignitatum ac beneficio-
 rum

rum Ecclesiasticorum quorumcumque
 que feudorum, indultorum, priuile-
 giorum, concessionum, facultatum,
 priuationum pœnis, ipso facto in-
 currendis, ipsis legatis ac prælatis u-
 trobiuis existentib. nec non quibus-
 cunq; personis, quacunq; Ecclesiasti-
 ca seu mundana præfulgeant digni-
 tate, ne interim pendēte huiusmodi
 cognitione aliquid in eius præiudi-
 cium attentare aut innouare aude-
 ant, uel præsumant: decernens ex
 nunc irritum & inane, si secus à quo-
 cunq; super his scienter uel igno-
 ranter contigerit attentari. Man-
 dans in super sub eisdem pœnis, tam
 legatis ac prælatis Bononiæ sub cō-
 ciliij nomine commorantibus, quàm
 prælatis Tridenti existētibus, ut ali-
 quos ex eis, uita, moribus & scientia
 cōmendabiles, & ad hoc instructos
 & peritos, qui postpositis odijs, con-
 ciliatis animis & spiritu sancto, non
 autem passionibus repleti dicant,
 quid

quid sentiant, quanto citius mittere
 procurent: monens Episcopos omnes, & quoscunque alios sua interesse putantes, ut infra mensem à die intimationis præsentium computantes, per se, uel per alios, ut in præsentia eius compareant propterea coram sua Sanctitate, uel ipsis iudicibus, ad allegandum, deducendum, probandum, quicquid allegare, deducere uel probare uoluerint, ut in præmissis. Veruntamen pendente hoc translationis iudicio, ne ulla ex parte Sanctitas sua, salutis prouinciæ Germaniæ deesse uideatur: quemadmodum parentem decet, nuncios & legatos eò mittere offert, si id præsentì temporì expediens, & ipsi Cæsari & Germanis gratum cognouerit, qui eorum populorum infirmitati præsentia aliqua curatione medeantur. Finito uerò iudicio, si quacunque causa, nulla aut iniusta translatio reperiatur, concì-

concilium Tridenti persequendum
 omni sua authoritate & studio cura-
 bit: in omnem uerò euentum S. S.
 charitate, qua complectis inelytam
 Germanorum nationem, nullū offi-
 cii genus prætermittere, quod in e-
 ius potestate sit, quo minus eā pro-
 uinciam ad catholicæ Ecclesiæ uni-
 tatem reuocet, & in ea pristinū Chri-
 stianæ religionis splendorē restitua-
 at: quemadmodū à Deo opt. max.
 uotis omnibus precatur atq; exhor-
 tatur illustris, D. orator. Tædet San-
 ctitatem suam tecum, tuis continuis
 protestationibus contendere: nec
 ipsam egrè ferre credas Cæs. Maiest.
 ac sancti Imperij ius, cui tantū præ-
 iudicare times, si quod cōperat per-
 dere sua Sanctitas nusquam inten-
 dat. Sin tamen, pariter Sanctitatis
 suæ ac S. Apostolicæ sedis, & huius
 sacri Senatus iura semper salua &
 præseruata, nec per has tuas quan-
 tumcunq; repetitas protestationes,
 ac

ac quantumcunq; per te & nuper et
hac præsentí die gesta & dicta in ali-
quo læsa, satis est per protestationē
per te in præterito consistorio factū,
congruē esse responsum: illudq; tibi
met, ut illi, qui eam proposuit, ac te-
met præsentē & intelligente, nec nō
coram eisdem notarijs ac testibus
datum: quod quidem nec tua proba-
tionē indigere, nec ei tua negatione
aut inficiatione seu improbatione
aliquid iuris detrahi posse constat.

Eritis igitur ijdem uos & alij, si
qui præsentēs sitis notarij, de omni-
bus & singulis rogati & requisiti,
ut adhibitis eisdem & testibus, ac
cæteris præsentibus, qui pariter ad
hoc rogantur & requiruntur: uñum
uel plura instrumentum seu instru-
menta, prout necessarium fuerit, de-
super conficiatis, ac in notam redi-
gatis, &c. die 1. Februarij, 1548. in cō-
sistorio secreto iussu S. D. N. legi su-
prascriptam responsionē ipsi D. Di-
daco oratori, Cæsareo, præsentí &
h
audienti

audienti ac intelligenti, præsentibus ibidem, & ceteris.

RESPONSVM DATVM IN CON-
gregatione oratori Cæsareæ Maiestatis,
die XXVII. Decemb. post
Missam, 1548.

CVM in ultimo consistorio secreto, illustris Domine orator, Sanctissimo Domino nostro, nomine Cæsareæ maiestatis supplicasses, ut sua Sanctitas uniuersale conciliū pro salute Germanicæ nationis Tridentum remittere dignaretur, Sanctitas sua, sicut excellentia tua recordari potest, etsi fuisset parata statim ad proposita per te, quantum in ea erat, respondere: tamen cum ea ipsa non coram Sanctitate sua solum, uerum etiam coram uniuersis his Dominis Reuerendissimis, S. Roman. Ecclesiæ Cardinalibus exponere uoluerat, merito eosdem Reuerendissimos Dominos pro rei etiam grauitate consulendos duxit, & excellentiam tuam monuit ad reuertendum

tendum in consistorio pro respon-
 so suæ Sanctitatis accipiendo. Qua
 in re ne longior mora interponere-
 tur, negotium cum eisdem Reueren-
 tissimis Dominis Cardinalibus, eo
 ipso in consistorio discussit, ac de
 eorum consilio & assensu Reueren-
 tissimos Episcopos & Prælatos,
 qui Bononiæ in concilio sunt, an-
 te omnia consuli debere decreuit.
 Quod sanè statim sua Sanctitas fe-
 cit, celeri & tabellario dedita ope-
 ra ad eos cum literis missio, huius
 tenoris.

EPISTOLA PAPÆ PAULI III.
 ad Ioannem Mariæ Cardinalem de Mon-
 te, legatum in concilio Bono-
 niensi, &c.

Venerabilis frater noster, Salu-
 tē. Missus ad nos his proxi-
 mis diebus à Sereniss. Cæs. dilectus
 filius noster Christophorus, tituli S.
 Cæsaris Cardinalis Tridentinensis,
 ipsius Cæsaris nomine nobis retu-
 lit, Maiestatem suam magno studio

& diligentia procurasse, ut uniuersa
 natio Germanica concilio iam indi-
 cto & incepto Tridenti celebra-
 do, se submitteret, prout se submitte-
 rat. Addiditq; se habere in mandatis
 à Cæsare, ut suæ Maiestatis ac Sere-
 nissimæ eius fratris Rom. regis, &
 statuum sacri Imperij nomine, à no-
 bis peteret, ut pro unione dictæ na-
 tionis ad gremium Ecclesiæ ipsum
 concilium Tridentum redire facere
 mus, & deinde dilectus filius Dida-
 cus de Mendoza, ipsius Cæsaris a-
 pud nos orator, in nostro cōsistorio
 interessentibus, de nostra uolunta-
 te, cum ipsi id cuperent, cæteris ora-
 toribus Principum ac rerum publi-
 carum, qui apud nos sunt, idem di-
 xit & petijt, ac ne mora aliqua inter-
 poneretur, instāter postulauit. Nos
 uerò re cū ueneralibus fratribus no-
 stris S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus
 communicata, de ipsorum consilio
 & uoto, pro communis pacis conser-
 uatione, ac pro euitandis scandalis,
 & ut

& ut tam illud per quod concilium
 Bononiam translatum est, quam cæ-
 tera istius sacrosanctæ synodi decre-
 ta illęsa conseruarentur, ante omnia
 in re tam ardua, more maiorũ, ipsius
 synodi fratres nostros Episcopos &
 praelatos, qui ex omnibus ferẽ natio-
 nibus istic sunt, consulendos esse
 decreuimus. Quamobrem de salute
 dictæ nationis solliciti, & ne mora
 ad respondendum ipsi Cæsari inter-
 ponatur, uolumus, ut hæc omnia e-
 iusdem sacrosanctæ synodi patribus
 explices: ac Sancti spiritus, quo illa
 regitur, nomine inuocato, uniuersa
 le bonũ reipublicę Christianæ, & S.
 fidei Catholicæ, ac dictæ nationis
 reunionem præ oculis habentes, om-
 nia ea maturẽ examinetis, & perpen-
 datis: & quid ipsi Cæsari à nobis su-
 per hoc responderi posse putetis, ad
 nos scribere non differas. Datum
 Romę, &c. die 16 Decembris, 1548.
 Anno 14.

Ipsa aut sacrosancta synodus, au-

Sp. sanctus
cogitur es-
sa autor om-
nium sce-
lerum ac
fraudū An-
tichristi.

xilio spiritus Sancti implorato, soliti-
tis que orationibus & precibus per
Reuerendiss. D. Cardinalē de Mon-
te præsidentem & legatū concilij an-
tea lectis, ac literis nostris prædictis
alta & intelligibili uoce, ita ut nemo
ipsarum literarum tenorem commo-
dè intelligere non posset, recitatis: ac
re in duabus desuper factis congre-
gationibus discussa, in primis qui-
dem humiliter à Sanctitate sua, &
D. Maiestate petijt, ut quæcunque
ipsa synodus de hac re, de qua consu-
litur, responderit, boni consulere, ac
pro Dei gloria & Christianæ reip.
salute & pace dicta esse, censere uel-
lent. Deinde quæ respondit, quòd
cum constet, aliquos prælatos con-
cilium è ciuitate Tridentina ad ciui-
tatem Bononiensem legitime transla-
tatum, ibidem post generalem mo-
nitionem in publica sessione, ipsa
translationis die omnibus prælatis
facta, post amicales eiusdē Cardi-
nalis de Monte præsidentis & legati,
ac

ac eius collegij literas, unicuique
 ipsorum Prælatorum ex Bononia
 ad ciuitatem Tridentinam per spe-
 cialem nuncium missas, & præsen-
 tatas, iam per tot menses Triden-
 ti remansisse, & adhuc remanere
 non sine magno uilipendio con-
 cilij: ac fortasse aliquorum scanda-
 lo, qui remansionem illam diuisio-
 nē arbitrantur, proptereaq; minori
 authoritatis concilium esse putant:
 non uidet ipsa Sacrosancta Bono-
 niensis synodus, qua uia, quo mo-
 do, qua ueratione, salua dignitate,
 maiestate, honore, existimatione i-
 plius synodi, ac sine pernicioso pe-
 stiferoq; in omne æuū exemplo, de
 reditu ad ciuitatem Tridentinam
 deliberare possit: nisi prius Præla-
 ti ipsi Bononiam ueniant, & cum
 reliquis patribus se coniungāt, atq;
 ipsius Sacrosanctæ Synodi autho-
 ritatem & potestatem agnoscant,
 & amplectantur: quòd Synodus i-
 psa ad tollenda scandala, in populis

fuscitata, ac pro Ecclesie pace atq; u-
 nitate maxime cupit, ac paruo nego-
 cio, ac solo ipsius Cæsaris nutu fieri
 posse confidit: & de hoc Maiestatem
 suam enixe precatur. Quodq; eadem
 Sancta synodus non uidet, quomo-
 do de hac deliberatione tractari pos-
 sit, nisi prius certa reddatur, quod ita
 se natio Germanica concilio Triden-
 tino celebrando submittat, ut fidem
 concernentia decreta, quæ ibidem
 promulgata, etiam ab omnibus Chri-
 stianæ reipublicæ Gymnasijs atq; in
 signibus Theologorum uniuersita-
 tibus, & ab omni catholice Ecclesie
 summo assensu, gaudio & applausu
 recepta fuere, rata, firma, stabilia &
 perpetua futura sint: nec alterius in
 controuersiam aliquam, quouis præ-
 textu, colore, occatione, uel causa de-
 ducentur, cum iuxta sacros canones,
 sanctorum patrum exempla ac statu-
 ta, ac Imperiales etiam constitutio-
 nes, exploratissimi iuris sit, quæ con-
 tra unamquamq; heresim coacta se
 mel

mel synodus pro fidei cōmunionē
& ueritate catholica atq; Apostoli-
ca promulgasset, non esse nouis po-
stea retractationibus mutilanda: &
iniuriam fieri reuerendissimæ syno-
do, si quis semel iudicata reuoluere
& publicè disputare contenderit.

Præterea cum rumor increbuerit,
prætextu cuiusdā uulgaris seu popu-
laris cōcilij ex omni hominū gene-
re colligēdi (quod Christianū collo-
quiū appellāt) mutanda esset forma
generalium conciliorū, quæ per A-
postolos, & ab Apostolorum tem-
pore per S. Rom. & uniuersalem
Ecclesiam celebrata fuere: posthā
laudabili more siue modo proce-
dendi, atq; indictæ synodi definitio-
nibus hucusq; retento: cupere pro-
pterea ipsam S. synodum de hac ipsa
re certā reddi, ac sibi opportunè ca-
ueri, anteaquam de reditu ad ipsam
Tridentī urbem deliberetur. Insu-
perq; scire antea cupere, quæ nam
cautio dabitur patribus Tridentum
h s ituris

sturis, pro suis personis, rebus & bonis: ita ut tam singuli quàm uniuersi plena securitate ac libertate fruantur & gaudeant, & unicuique pro suo libitu eundi, standi, ac recedendi libera potestas futura sit, atque à nemine uia facti compelli possit. Scire etiam ipsam synodum antea cupere, & certam reddi, quæ cautio ipsi concilio dabitur, ut quandocumque uidebitur maiori parti legitimas & rationabiles causas adesse, se ex Tridento ad locum ab ipsa maiori parte eligendum transferendi: item que causis, ob quas concilium indictum fuit, satisfactum esse: liberum sit ipsi maiori parti cuiusuis contradictione, oppositione seu reclamatione non obstante, concilium transferre, uel etiam claudere & finire.

Ex quibus quidem excellentia tua cognoscere clarè potest, non posse ipsam synodum de reditu ad ipsam ciuitatem Tridentinam deliberare

berare antea, quàm præmissa omnia dilucidentur, & declarentur, ac plenè fiant. Quæ tanquam rationabilia, & Sanctorum Patrum ac cæterorum conciliorum decretis conformia, & ad bonum publicum ac quietem reipublicæ Christianæ tendentiâ, etiam suæ Sanctitati & eisdem Reverendissimis Dominis Cardinalibus, ab his qui se concilio submiserunt, sicut tua excellentia asserit, iuxta desiderium dictæ Sanctæ Synodi ante omnia re ipsa adimplenda, ipsamque deliberationem præcedere debere videntur.

Quantum autem ad Sanctitatem suam pertinet, respondet, se omnibus studijs ac votis cupere salutem, pacem & quietem ipsius nationis Germanicæ: sicut iam multis & claris argumentis ostendit, & ipsi in primis Cæsareæ Maiestati cognitum est: ac paratum esse, ac semper fore, omnia, curare & facere,

facere quæ pro eiusdem nationis salute ad boni pastoris & amantissimi parētis officium quomodolibet pertinebunt: certò sibi persuadens, rem ipsam à pientissimis & optimis Cæsare & rege Romanorum, nobilissimâq; illa prouincia eatenus peti, quatenus sine scandalo & perturbatione, imò cū pace & concordia cæterarum nationum & prouinciârū, seruata etiam autoritate concilij & libertate Ecclesiastica, fieri possit. Ad quæ omnia Sāctitas sua pro uniuersali eius cura & officio, inuigilare uniuersaliter debet.

ACTA QVAE PRAECESSE-
runt protestationem Bononiæ
habitam,

In nomine Domini, Amen.

NOuerint uniuersi & singuli præsentis instrumenti seriē inspecturi, lecturi pariter & audituri, quod anno à natiuitate redemptoris & Domini nostri IESV CHRISTI 1548, indict. 6, Pont. S. D. Pauli diuina

diuina prouidentia Papæ IIII¹⁴. &
 inuictissimi Cæsaris Caroli V. Ro-
 man. Imperatoris optimi max. Im-
 perij 28. regnorumq; suorum 38. die
 uerò lunæ 16 mensis Ianuarij, de se-
 ro hora circiter prima noctis Bono-
 niæ in palatio nobilium ac magnifi-
 corum dominorum de Campegio:
 dum ibidem conuenirent reueren-
 dissimus & illustrissimus Dominus
 Cardinalis de Monte, & quidam E-
 piscopi & prælati numero quadra-
 ginta quatuor, uel circa, in nostro
 notariorum & testium infra scri-
 ptorū præsentia, introducti fuerunt
 in ipsum locum, magnifici D. Fran-
 ciscus Vargas, procurator genera-
 lis fisci regni Castellæ: & Martinus
 de Soria Velasco Burgenfis, Iurium
 D.D. & ipsius inuictissimi Cæsaris
 consiliarij. quib. coram reuerendissi-
 mo & illustriss. D. Card. de Monte
 comparentibus, ut inuictissimi Im-
 perat. procuratores Mag. D. Franci-
 scus Vargas, ficalis Cæsareus petijt
 sibi

sibi restitui mandatum Cæsareum,
 quod antea ipsis per ipsum & colle-
 gam suam traditum fuerat: quo eire
 stituto, Reuerendiss. & illustriss. D.
 Card. de Monte præfatus, manda-
 uit legi per D. Claudium de la ca-
 sa notarium, infra scriptam protesta-
 tionem. Anteaquam autem D. Clau-
 dius protestationem præfata lege-
 ret, ipse magnificus D. Franciscus
 Vargas, fiscalis Cæsareus petijt audi-
 ri: sed Reuerendissimus & illustris-
 simus ipse D. Cardinalis de Monte
 mandauit, ante omnia dictam suam
 & patrum prædictorum protesta-
 tionem legi. Quam quidem protestati-
 onem ipse D. Claudius notarius al-
 ta & intelligibili uoce legit, cuius
 tenor sequitur, & est talis.

PROTESTATIO EX PAR-
 te Pape.

Licet hæc sancta congregatio
 cum præfidentia Reuerendiss. & il-
 lustrissimi D. Card. de Monte legati
 Apo.

Apostolici, non debeat & non tene-
 atur audire aliquam propositionem
 uestram, faciendam occasione man-
 dati Cæsareæ Maiestatis per uos ex-
 hibiti, quod mandatū uerè & cum
 effectu nō dirigīt ad hanc Sanctam
 synodum uniuersalem & œcumeni-
 cam in hac ciuitate Bononiæ legi-
 timè translata & congregata: ta-
 men ut nemo unquam possit præ-
 tendere, in hac sancta synodo non
 esse omnimodam libertatem om-
 nibus loquendi: contenta est uos au-
 dire, solenni tamen protestatione
 præmissa, quòd per hanc audiētiam,
 & qualemcunque propositionem
 uestram, factam aut faciendam, non
 intelligit aliquo modo approbare
 aut admittere personas uestras, nec
 dicta, nec dicenda, nec facta, nec
 facienda per uos, iuxta tenorem
 prætensi mandati, & ipsius manda-
 ti occasione: & etiam protestatione
 solenni præmissa, quod per ipsum
 mandatū, & quæcunque exindè
 sub.

subsecuta & subsequenda, non intel-
 ligit ipsa Sancta synodus aliquod
 præiudicium sibi, neq; etiã Sanctis-
 simo Domino nostro, qui & ipsius
 cõcilij caput, inferri: nec aliquod ius
 ipsi inuictissimo Imperatori mandã
 ti acquiri, nec cuicunq; alteri perso-
 nã, per quod ipsa S. synodus minus
 possit ad ulteriorem prosecutionẽ,
 celebrationẽ, expeditionẽ sacri con-
 cilij Deo dante procedere, & omnia
 alia facere, quã sibi uidebunt neces-
 saria & opportuna: reseruans sibi ni-
 hilominus ipsa Sancta synodus po-
 testatẽ & auctoritatem omnia & sin-
 gula præmissa, & quãcunq; ab eis
 quomodocunq; dependentia & de-
 pendenda, & emergentia & emer-
 genda, plenius & uberius una uel
 pluribus sessionibus per eam cele-
 brandis, prout ipsi sanctę synodo us-
 titius uidebitur, declarandi & decer-
 nendi: nec non contra contumaces
 & rebelles quoscunq; ad pœnas iu-
 ris & literarum Apostolicarum, &
 arbitrij

arbitrii ipsius sacri concilii procedenti, quam protestationem uoluit Sancta congregatio in principio, medio, & in fine, & semper esse repetitam, & pro repetita intelligi & haberi.

Qua quidem protestatione lecta, Reuerendissimus D. Hercules Seuerolus, ibidem astans & praesens haec uerba protulit: uidelicet, Et ego tanquam promotor istius sacri concilii, peto a uobis notarijs fieri unum uel plura, publicum seu publica, instrumentum uel instrumenta de praemissis.

Deinde magnificus D. Franciscus Vargas, fiscalis Caesareus praefatus, petijt sibi dari testimonium & fidem publicam a nobis notarijs, quod non fuit permissum, eum antea loqui, nec exponere ea quae ipse & collega suus habebant in mandatis, quam legeretur superscripta protestatio. Postea alta & intelligibili uoce idem magnificus D. Franciscus Vargas Caesareus fiscalis sic orsus est,

i &

et protulit quædã uerba, quę postea
in scriptis tradidit D. Claudio nota-
rio superscripto, quorum tenor se-
quitur, & est talis.

Adsumus reuerendissime D. re-
uerendiq; admodum patres, Cæsaris
Domini nostri Romanorum Impe-
ratoris optimi maximi, procurato-
res legitimi (cuius mandatum au-
tenticum uidistis: nunc igitur so-
lẽniter audietis) adsumus, inquam,
apud uos, acturi de re omnium ma-
xima, quam & uos futuram iam diu
augurati estis, et respublica Christia-
na summis uotis efflagitat, ut uos
hac in re æquos præbeatis. Est e-
nim apud omnes in confesso, & ob
oculos uersari iam uiderur, quãta re-
rum humanarum calamitas euentu
ra sit necessariò, si mordicùs persiste-
re uelitis in sententia, quam semel
haud satis prouidè arripuistis. &
contrà, quanta orbis tranquillitas
ac fœlicitas, si (ut uos decet) uelitis
in commune consulere, & Cæsarex
Maie.

Maieſtatis voluntatem pro ueſtra
uirili fouere. Verùm ut omnia con-
ſtent, non tantum uobis, apud quos
nihil noui dicturi uidemur, ſed uni-
uerſæ etiam Reipublicę Chriſtianę:
paulo altius repetemus rem omnẽ.
Sic enim planũ faciemus, quàm per-
niciose ſitis erraturi, ſi perſuaderi
nolueritis: & inuictiſſimi Imperato-
ris Domini noſtri animus, quàm la-
tè patet orbis Chriſtianus omnibus,
manifeſtus erit. Illud tantum præ-
fabor, nos nec uerbum quidem ad-
dituros, ex noſtri animi ſententia:
ſed bona fide explicaturos, quæ à
Cæſarea Maieſtate in mandatis ha-
bemus.

Quo factò, Reuerendiſſimus
& illuſtriſſimus Dominus Cardina-
lis de Monte, præfatus, reſpondit
ad ea, quæ dictus magnificus Domi-
nus Franciſcus Vargas ſiſcalis Cæſa-
reus dixerat, primò uerbo, deinde
ſcripto, ut ſequitur.

Adſum & ego huius ſacroſancti
i 2 concilii

concilij à sanctissimo D. nostro Pau-
 lo diuina prouidentia Papa III, ue-
 ro & indubitato ac certo beati Petri
 successore, ac I E S V C H R I S T I
 Domini & redēptoris nostri in ter-
 ris uicario, p̄sides & legatus. Ad-
 sunt & hi Sanctissimi patres conci-
 lio ex ciuitate Tridenti legitimè, &
 ex causis ipsi concilio probatis, tran-
 slato, ad ipsum concilium cum Dei
 adiutorio & Spiritu S. suggerente
 pro ipsius Dei gloria & reipub. Chri-
 stianæ salute prosequendum & cele-
 brandū: Rogamus maiestatem suam,
 ut sententiam mutare uelit, & nobis
 auxilium & fauorē suum impertiri,
 ac ipsius cōcilij celebrationē pertur-
 bantes cōprimere & compescere, sci-
 ens q̄ conciliū impediētes et per-
 turbantes, quacūq; illi dignitate præ-
 fulgeant, grauissimas pœnas incur-
 rant. Vt cūq; tamen euenerit, qui-
 cūq; afferatur terrores, nos liberta-
 ti & honori Ecclesiæ, concilij, & no-
 stro, defuturi nō sumus. Et successi-
 uē

uè præfatus magnifi. D. Franciscus Vargas fiscalis Cæsareus, tenens in manibus mandatum Cæs. originale, quod sibi restitui fecerat, illud solenniter præsentauit suo & collegæ nomine: qd quidē erat scriptū in charta pergamena Imperiali sigillo cæreo appenso, nō uitiatū, non cancelatum, nec in aliqua parte suspectū, sed in forma publica & solenni scriptum & redactum: & legi alta uoce petijt. quod ita lectum statim fuit coram omnibus, per D. Angelū Massarellum, eratq; tenoris sequentis.

Carolus Quintus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusq; Siciliæ, Hierusalē, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex, Archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Brabantia, &c. Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolæ, &c. notū facimus tenore præsentium, cum pro ratione muneris nostri, quo Dei opt. max. uoluntate fungimur, proq; eo zelo

i 3 quem

quem erga sacrosanctam fidem & religionem nostram orthodoxam merito gerimus, & ipsius religionis summa necessitate ita exigente, cogamur contra nonnullos, qui sese asserunt legationis munere fungi, una cum alijs praelatis & personis in conventu Bononiensi, cui titulum generalis concilij prætexunt, iam congregatis, & deinceps eo nomine congregandis, iustam atque legitimam protestationem facere: id uerò ob locorum distantiam coram facere non possumus. Eapropter de fide, prudentia, & rerum usu honorabilium, doctorum, fidelium, nobis dilectorum N. Licentiati Vargas procuratoris generalis Fisci nostri regni Castellæ, & Martini de Soria Velasco Burgensis, Iurium Doctoris, consiliariorum nostrorum, plenè confisi, eosdem fecimus, constituimus & deputauimus, ac tenore presentium ex certa nostra scientia & sano accedente consilio facimus, constituimus &

& deputamus, procuratores & man-
 datarios nostros: simul & in solidum
 dantes eis plenam facultatem & po-
 testatem, ut simul, uel saltem alter
 eorū, qui interesse poterit, protestati-
 onē nostro ac totius sacri Romani
 Imperij regnorūq; & dominiorum
 nostrorum omnium nomine, contra
 prefatos assertos legatos, aliosq; pre-
 latos & personas nomine cōcilij Bo-
 noniæ tam congregatos, quàm con-
 gregandos, solenniter tum uerbo
 tum scripto proponere, & ad acta re-
 gistrari, petere & obtinere instrumē-
 ta sup̄inde necessaria à notario, seu
 notarijs publicis, adhibitis seu adhi-
 bendis, requirere, & omnia alia dice-
 re, facere, gerere & exercere possint
 & ualeant, quæ in huiusmodi actib.
 requiruntur & necessaria fuerint, seu
 quibus modo opportuna: & quæ nos
 ipsi facere possemus & deberemus,
 si præmissis personaliter interesse-
 mus: et secundū qd à uobis habēt in
 mādati, pmittētes, in uerbo nostro
 i 4 Cæsareo,

Cæsareo, & Regio, nos ratū gratūq̄
 habituros, quicquid per præfatos
 procuratores & mandatarios no-
 stros, uel alterum eorum, actum, di-
 ctum, gestumq̄ fuerit in præmissis,
 nec quouis modo illis contrauentu-
 ros esse, dolo et fraude penitus remo-
 tis: harum testimonio literarum ma-
 nu nostra subscriptarū, & sigilli no-
 stri appensione munitarū. Datū in ci-
 uitate nostra Imperiali Augusta Vin-
 delicorū, die 22 mensis Augusti, An-
 no Domini 1548. Imperij nostri 27, &
 regnorū nostrorum 37.
 Carolus, &c.

Perrenottus ad mandatum Cæsaree
 & Catholicæ Maiest. proprium.
 Obernburg.

Quo lecto, idē præfatus D. Her-
 cules Seuerolus, repetijt iterū pro-
 testationem dictam Reuerendiss.
 & illustriss. Card. de Monte, & alio-
 rum patrum, idemq̄ fecit Reueren-
 dissimus D. Card. de Monte præfa-
 tus, & dictus magnificus D. Franci-
 scus Vargas fiscalis Cæsareus, dixit,
 ea

ea quæ à se & collega suo dicenda erant, contineri in protestatione statim legenda à præfato collega suo: quam quidem protestationem repetere intendebat, & pro repetita haberi uolebat, toties quoties opus esset: eandem que repetitionem protestationis lectæ per antedictum D. Claudium, Reuerendissim. & illustriss. D. Card. de Monte, toties quoties opus esset, fecit, & pro repetita haberi uoluit, & declarauit: petijtq; insuper dictus magnificus D. Franciscus Vargas, fiscalis Cæsareus, & requisiiuit à nobis notarijs, in actis redigi, qualiter Reuerē. & illust. D. Card. de Monte, & patres præsentēs nō consenserunt: & testes per eū nominati admisi forent, ut singulariter & de per se rogarentur, de omnibus per eum & collegam suum dictis & dicendis, sed à nobis coniunctim. deinde præfatus magnificus D. Martinus Velasco, nomine magnifici Domini fiscalis Cæsarei & suo

suo legit alta & intelligibili uoce scripturam Protestationis tenoris sequentis.

Sancte Pater, cum respublica Christiana, &c.

Hic deberet sequi Protestatio facta Bononiae, quae in illis solummodo locis ac uerbis differt à Romana, quae superius in margine Romanae protestationis adscripta sunt. Item Regis Gall. protestatio aliqua ex parte à Vergerio, in libello de fugienda Trid. Synodo edita.

SANCTISSIMIS ET OBSERVAN-
tissimis in Christo Patribus conuen-
tus Tridentini, &c.

HENRICUS diuino beneficio Frā-
corum Rex, Sanctiss. in Chri-
sto & obseruandis summopere pa-
tribus Tridentini confessus, S. P. D.

Hoc in primis uisum est conueni-
re cum cuidā singulari obseruantia
nostre, maiorumq; nostrorū, in uni-
uersam Ecclesiam, tum egregio præ-
terea studio erga ordinem uestrum,
Patres

Patres ornatissimè, quòd apud uos
 minimè nos quidè dissimulandum
 duximus, quib. causis, quàm iustis,
 quàm necessarijs non modò addu-
 cti, impulli, uerùm etiam coacti su-
 mus, nullum Episcopum, qui nostre
 ditionis esset, Tridentum mittere, ad
 eum conuentum celebrandum, qui
 esset à beatiss. patre Papa nostro Iu-
 lio indictus, nomine publici cōcilij.
 eaq; de causa perscribenda breuiter
 ad uos omnia curauimus, & quæ
 pro uobis exponenda, & quæ uo-
 bis ipsis ista dignitate, ista graui-
 tate hominibus, diligenter & at-
 tentè perpendenda uidebantur: præ-
 fertim cum nobis dubium non esset,
 ualde alienum à sapientia, prudentia,
 integritate uestra, Sanctissimè
 patres, factum aliquid aut nostrum
 aut alterius cuiusdam temerè con-
 demnare, quod perspecta dijudi-
 catione * à uobis facilimè proba-
 retur. In his itaq; quæ pro causa no-
 stra scripta mittimus, quæ partim
 commu-

cōmuni omnium, partium quę præ-
 cipuo iure aut profiteamur ultro, aut
 aspernamur à uobis, ac deprecamur
 necessario quodam plorato penè in-
 iuriæ ac contumeliæ metu, cū à non
 nullis, si quis à uobis retineat huma-
 nitatis sensus, aut benignitatis, ue-
 hemēter ac præter modū uideamur
 oppugnari, qui tantū non repugna-
 remus quidē, si liceret nobis ab om-
 ni iustitiæ atq; æquitatis instituto &
 suscepto semel patrociniō recedere.
 Sed * patres nō secus ac honorarij
 arbitri, comiter atq; benignè uti* cui
 has ipsas literas, ad nos nulla aliā de
 re dedimus, uos uehemēter etiā atq;
 etiam obtestamur, eaq; sic accipiatis
 obsecramus, non tanquā ab ignoto,
 aut alieno, aut aduersario profecta,
 sed ueluti ab eo, qui hereditario no-
 mine maximus, aut (sicuti loqui-
 mur) primus & perhibeat, & sit Ec-
 clesiæ catholicæ filiū: quo quidem
 in domestico ornamento obtinen-
 do, & sustinenda maiorum nostro-
 rum

rum & uirtutis & pietatis opinione,
 pollicemur uobis præstātis. patres,
 idēq; à Deo nobis sumere audemus,
 freti benignitate Domini nostri I E-
 SV CHRISTI, recipimus, sponde-
 mus, nos mirifica * illorum om-
 nium magnitudinem, uigilantiam,
 sollicitudinem, fortitudinem, religio-
 nem, omniaq; præstaturos esse stu-
 diorum officiorumq; nostrorū: tan-
 tum abest, ut dum factam aut illa-
 tam ab alijs iniuriam necessario co-
 gimur repellere, ut traditam no-
 bis à maioribus nostris Ecclesiæ ca-
 tholicæ charitatem deponere, quam
 uis aut nostra sponte desinere, pro-
 sequi, quicquid ab ea pertractatum,
 decretum, constitutum fuerit, quo-
 modouis ab illa pertractari, decerni,
 & constitui par est. Dum ne quid in-
 terea sincero atq; integro ob hare-
 ticorum uecordiam principi imme-
 renti atq; innocēti, aut captiosum ue
 comparetur, aut cōtumeliosum sit.
 Dominus noster I E S V S C H R I S-
 T V S

s T V s ipse, qui autor est, custos etiã
 & conseruator, Patres amantiss. salu
 tis, incolumitatis, dignitatisq; ue
 stre. * Valet, ex uilla Regia, que fon
 tis bellis aquæ dicitur, ante diē Idus
 Augusti 1551. Sic signauimus.

Henricus Duthier.

PROTESTATORIAE.

Hęc sunt, Sanctissimi patres, que
 post susceptū primum agrī Parmen
 sis patrociniū, à Christianissimo Re
 ge, post exortā deinde ea de re gra
 uissimā illā quidē querimoniā, post
 oblatū postremò proximū hunc tu
 multū, & certissimū civiliū armorū
 intestiniq; belli terrorē ostētātū, rex
 ipse Christianiss. iussit cum beatissi
 mo patri Papæ nostro Iulio, tū sacro
 Cardinaliū collegio profiteri, denū
 ciariq; que totidē propè uerbis sunt
 deinceps exposita, cū facta quædam
 sua, quæ nō modò reprehensione nul
 la, sed summa laude digna essent, tra
 hitamen atq; uocari in inuidiam a
 nimaduerneret, id' que quorundam
 hominum

hominū iniqua interpretatiōe fieri,
 eoꝝq; dissensionū semina iaci, que-
 riꝝq; materiā armorū: illud in primis
 seduloꝝq; curauisse, ut q; integra res
 esset, & consiliꝝ & facti totius ratio-
 nē illius sanctitati collegioꝝq; accura-
 tissimē redderet Paulus à Thermis
 orator suus, uir equestri dignitate
 clarissimus, idꝝq; eo cōsilio à se factū
 esse, ut si qua in animis illorum mi-
 nus commoda de se opinio insedis-
 set, ingenua illa satisfactiōe reuel-
 leretur: atq; ita imminentibus ma-
 lis, si repudiata pace occasiōes armo-
 rum cupidius arriperentur, iret ipse
 obuiā, & quo ad eius fieri posset, ta-
 le ante refutaret. Itaq; primū omniū
 illud proposuisse, id quod fecisset, ut
 eius propugnatiōē susciperet, qui
 in fidem suā, quasi in portū aliquem
 cōfugisset: sed nō uidere, qua ratio-
 ne à quoquā iure possit improbari:
 quippe cū id nō magis cōmunis
 cuiusdā esset humanitatis ad in cer-
 tos & rerū & temporū casus, q̄ opti-
 maxi.

maximicq̄, ac uerè regij animi & li-
 beralis officium. Nec equum esse, se
 deteriori conditione haberi, q̄ cæte-
 ros. A se nihil astutè actū, nihil sub-
 dolè cogitatū, nihil cōmodi alicuius
 sui causa gestum: sed unius Ecclesiæ
 tantūmodo habitā rationē esse, pro
 perpetua quadā Francorum regum
 ac maiorum suorum consuetudine:
 qui illam ipsam non opibus solum
 suis exornauerint, aut armis extule-
 rint, s- d corpora etiā sua grauissi-
 mis illorum tēporibus, periculis om-
 nibus exposuerint. idēq̄ quod fieret,
 illius causa cœptū esse, his conditio-
 nibus esse testatissimum, quas ipse
 pacis concordiaēq̄ constituenda ob-
 tulisset: quæ quidem eò semper spe-
 ctasset, uti qua de re agebatur, ea res
 ne Ecclesiæ aliqua uel surriperetur,
 uel eriperetur, quam uellet perpe-
 tuo iuris eiusdem ditionisq̄ esse, id
 unum tantopere contenderet. quæ
 cū huiusmodi essent, neminem sane
 mētis existimare, quicq̄ à se uel actū
 uel

uel susceptum, quod non maximū ge-
 nerosissimumq; prestitisset: sed etiam
 maximis suis sumptib. ac nonnullo re-
 rum suarum dispendio, Italiæ pacem,
 ocium, libertatemq; obtulisset, & o-
 mni studio suo conatuq; Ecclesiæ di-
 gnitatem & auctoritatem procurasset:
 se propterea palàm denunciare, atq;
 testatum esse, si beatiss. Papæ nostri
 Sanctitas hanc iustam esse causam ar-
 morum decreuisset, ac proinde Italiã,
 atq; adeò uniuersam Europam bello
 implicauisset, ex quo Ecclesiæ status
 conuelleretur, cum mores, tum reli-
 gionis, tum fidei ipsius causa, in ultimum
 discrimen adduceretur, maximo id
 quidem cum suo dolore futurū. Sed
 sibi tamen nihil illorum meritò impu-
 ratum iri, qui omnia antè fecisset, quo-
 minus illa acciderent: omneisq; pro-
 pterea conditiones, quæ modò & ho-
 nestæ & temporis illius essent, nō so-
 lum ferre, uerum etiam accipere uo-
 luisset. Deniq; concilij quod nuper in
 dictum esset, solutionem (quam, si ad
 arma iretur, necesse erat cōsequi) sibi
10000
k mini

minimè assignari posse: orare atq; ob-
 testari enixius summi nostri Pontifi-
 cis sanctitatē, consideraret etiam atq;
 etiam, quāta ex bello semel suscepto
 damna atq; incōmoda reipub. Chri-
 stianæ impenderent, eaq; ne eueni-
 rent (quòd pace tuenda facillimū es-
 set) efficeret. At tamen cum hec tot ac
 tanta ipse pro se, per suprā dictum il-
 lum oratorem egisset, monuisset, de-
 nunciasset, hortatus esset: tantū, abes-
 se, ut illis omnibus quæ summopere,
 iure omni diuino humanoq; nitere-
 tur, ullo modo summus Pōtifex Chri-
 stianorum moueretur, ut eam pacem
 tranquillitatemq; tueri deberet, con-
 troversias, dissidia, lites, si quæ ipsis in-
 ter se principibus Christianis essent,
 uel minuere, uel funditū tollere, oci-
 um atq; securitatem omni ratione ce-
 lebrando concilio parare: Italiæ tamē
 funestissimū bellū cōcitare, quo totā
 mox Europam cōflagrare necesse es-
 set, noua excitare animorū dissidia, a-
 ditus ad conciliū omnes precludere
 maluisse uideretur: eāq; omnib. suspi-
 cionem

cionē inducere, istā ipsam cōcilij Tri-
dentini indictionem non communis
uniuersæ Ecclesiæ utilitatis gratia re-
petitam esse, sed factam potius condi-
tionem cum ijs, quorū priuatis ratio-
nibus ac commodis illuc inseruiretur,
nullo reclamante, nullo repugnante.

Videri certè summi Pontificis no-
stri sanctitatē se excludere, ac fructu
optatissimi concilij priuare uoluisse.
id rerū initia, progressus, exitus con-
filiorū Sanctitatis eius uideri declaraf-
se, cum illa de causa nec hoc tempore,
nec hoc autore, aut bellū tam pernici-
osum tanto reip. periculo suscipi, aut
tanta eiusdē iactura & calamitate ge-
ri debuerit. Claros se penumero, et ad
mirabili quadā animi magnitudine
principes, dissimulandis grauioribus
iniurijs, pacem retinuisse, eoq; modo
restinxisse initia cōmunis incēdij: nūc
quæsitā uideri ultro, & adornatam, à
quo minimè debuit, flāmæ istius per-
niciosissimæ ac luctuosissimæ mate-
riæ. Constituendā fuisse, aut reuocan-
dā magis, exemplo Sanctitatis illius,

concilio ipso iam indicto, ueteris Ec-
 clesiae seueriorē disciplinā, ac speciē:
 non labefactandā aut deformandam
 eā, quę cū paucissimorū hominū re-
 ligione nititur, tum pauciorū multo
 honestate ac morib. agnoscitur. Nec
 spargenda Christianis principib. odi-
 orū semina, nec obijciendā Petri prin-
 cipis Apostolorum nauiculam maio-
 ribus propē fluctib. q̄ ulla unquam
 maiorū nostrorum memoria obiecta
 sit: nec se ab eo concilio, * q̄ magno-
 pere expetiuisse regē perpetuo sensu,
 non modò nomine Christianis. cu-
 ius cū tanta maiorum beneficia in Ec-
 clesiam existant, ipse in communi fi-
 dei atq; religionis causa nec hæserit
 unquam, nec offenderit, nec titubarit
 ullo modo, nec animo futurus sit un-
 quā ab Ecclesie catholice rationibus
 alieno. Se facere non potuisse, quin a-
 pud illius Sanctitatē, apud sacrū Car-
 dinaliū collegiū, dolorē suum expo-
 neret, ac uerē & ex animo conquere-
 tur. Illudq; cū cōquerēdo, tū precā
 do postularet, ne alienū existimarēt,
 aut

aut suo aut maiorū suorū more, q̄ de-
 precaretur quædā, hoc est, ut nunc lo-
 quimur, protestaretur ipse: quomodo
 quidē omnino protestatus est, sicut
 ab ipso iure sibi promissum esse nō i-
 gnorabat, id est, ne sibi grauissimis
 bellicorū motuū difficultatibus impli-
 cato necesse esset, Tridentū ad conci-
 lium mittere suæ ditionis Episcopos:
 quippe quibus nec liber nec tutus eō
 patēret accessus, neue ad ipsum conci-
 liū, à quo excludere ē inuitus, tale qua-
 le * totius Ecclesiæ catholicæ aut ha-
 beretur aut adpellaretur: quia potius
 priuatū existimaretur conciliū, q̄ ui-
 deretur illud quidē quæsitū et expedi-
 tū, nō reformandæ restituendæq; disci-
 plinæ, nec sectas opprimendi studio,
 sed quibusdā obsequēdi: quoq; priua-
 tæ utilitatis magis q̄ publicæ ratio
 habita esse uideret. Deniq; nec cōcilij
 huiusmodi, eorū ue decretis, aut ipse,
 aut populus Gallicus, aut ullę Gallicę
 ecclesię ministri, in posterū tenerent:
 imò uerò se testari palàm, ac denun-
 ciare, ad eadē se remedia ac prælidia

discessurū (si necesse uideat̄) quibus
 maiores sui Francorū reges in re cōsi-
 mili, causaq̄, uti cōsueuissēt. Nec sibi
 quicq̄ antiquius fore (secundū fidei
 ac religionis integritatē) libertate ac
 incolumitate ecclesiæ Gallicæ, nihilo
 minus se hoc profiteri tñ, nō hęc ita à
 se dici, quasi aut cogitaret ullo modo,
 aut haberet in animo meritā ac debitā
 à se S. Apost. sedī obseruantia & obe-
 diēdi conditionē, aut excutere, aut di-
 minuere: quin cōtrā operā daturū ef-
 se, ut magis ac magis indies se dignū
 p̄baret hoc Christianis. regis cogno-
 mine, hocq̄ max. ecclesiæ ac fidei elo-
 gio. Animi huius sui ac studiū propē-
 sionē ad fœliciora melioraq̄ tempora
 reseruari, cū S. hoc humano generi, ac
 præcipuē reip. Christianæ sūmis ipsi-
 us ac populi totius Gallici uotis, Dei
 opt. max. gratia tribuisset, ut honestē
 depositis armis, quæ essent parū mo-
 destē illata, & motiones animi cōpo-
 nerētur, & hoc modo pax ipsa conue-
 niret. Se præterea supplicare cū ab
 eius sanctitate, tū ab ipso collegio po-
 stulare,

ftulare, uti ne moleste ferret, si ipse p-
 fessionē, instationē, denunciationē,
 deprecationē in acta referri peteret, si
 bicp iustitiā his de reb. publicē cōfici,
 quib. quotiēs aut tēpora aut res popo-
 scisset, uti posset ad superiorū omniū
 fidē: sibi cōp ut ad singula respōderētur,
 rogare, ut his de reb. omnib. Christiana-
 ni nominis principes, populōs, ciuita-
 tes, liceret certiores facere. Nuncq; ita-
 que S. patres, cū uobis promptū sit, ac
 facile, notū Christianis. animū, & ex-
 plicatā apertamq; facti consiliūq; sui
 mentē perspicere: potestis etiā statu-
 ere, nec hunc ordinis istius conuentū
 ab illo sperni, nec autoritatē gravita-
 temq; nō magni fieri: sed præreptam
 potitis huius celebrandi facultatē, q̄
 uos accepturos confidit, ornatiss. pa-
 tres, ut nec de illius religiōe dubitare
 possitis, nec de animo erga uos. totāq;
 ecclesiasticā administrationē secus ac
 cōmodū est iudicare: in quo uno ue-
 stro iudicio aduersus maleuolorū &
 iniquorū hominū sermones, satis sibi
 præsidij esse putat, satis aduersus sug-
 gillatio-

gillatiões argumēti, simul acquiescere & innocentiaē suā conscientia, officiorumq; suorum.

In quibus Regis literis, ubi in ipso statim primordio deprehensum est, concilium simpliciter appellari conventum, grauis summo cum clamore contētiō orta: et ex legato regio quęsitum, quare non potius proprio nomine appellaret Concilium? an quia tale nō agnoscitur? Post longam, atq; adeo scurrilem disceptationem, surrexerunt omnes, secum trahentes legatum. & super hac re seorsum deliberauerunt. unde redeūtes, * quidam

Papalis Doctor easdem regis literas tali tenore repetit, &c.

F I N I S.